
37
37 B
6



VEN. CARDINALIS

CAESARIS BARONII

EPISTOLAE ET OPVSCVLA

TOMVS TERTIVS.

VENERABILIS
CAESARIS BARONII
S. R. E. CARDINALIS BIBLIOTHECARII
EPISTOLAE ET OPVSCVLA
NVNC PRIMVM EX ARCHETYPIS IN LVCEM ERVTA.
RECENSVIT ET ADNOTATIONIBVS ILLVSTRAVIT
RAYMVNDVS ALBERICIVS
CONGREG. ORATORII ROMANI PRESBYTER
TOMVS TERTIVS
CONTINENS
VEN. AVCTORIS ET CLARORVM VIRORVM AD EVM EPISTOLAS SELECTAS NOVISSIME REPERTAS.





ROMAE MDCCLXX.

EX TYPOGRAPHIA PAVLI IVNCHI HAEREDIS KOMAREK.
SVPERIORVM FACVLTATE.

SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO

CLEMENTI XIV.

PONTIFICI OPTIMO MAXIMO.

RAYMUNDUS ALBERICI

PRESBYTER ORATORII ROMANI.



Ingularis in omne genus hominum humanitas Tua, Tuumque praeterea in illustrium pietate, ac doctrina Virorum scriptis evolvendis Studium, magnopere me quidem hortabantur, CLEMENS Pontifex Maxime, ut tertium hoc

Epi-

Epiſtolarum VENERABILIS CAESARIS BARONII S. R. E. CARDINALIS *volumen Tuo nomini conſecrarem. Neque quominus id facerem argumento operis deterrebar, quo nullum Sanctitati Tuae acceptius poterat reperiri; ſed illud potius verebar interdum, ne arrogantiae notam ſubirem, ſi Te initio divinitus ſuſcepti Pontificatus, graviſſimis univerſi Chriſtiani Orbis negotiis curiſque occupatiſſimum, Baroniani operis dedicatione interpellarem. Verumtamen quum omnes ſciant, egoque ipſe expertus jam fuerim, eam eſſe in tantis opibus, tantaque Imperii altitudine humanitatem Tuam, ut non ſolum ſumma quaeque, atque inſignia ſupremae Tuae dignitati debita, ſed mediocria & humilia benigne comiterque exciperes, atque in illis perfectionem, in his conatum perficiendique voluntatem laudares; facile patieris* PATER BEATISSIME, *ut haec Venerabilis Viri inedita monimenta ſub Tuis auſpiciis nunc primum lucem adſpiciant, quorum auctorem* SIXTUS V. *Tui Ordinis Pontifex vere Maximus ſumma benevolentia, atque amore proſequutus eſt, ſuoque patrocinio ad magnum Annalium Eccleſiastico-*

rum

rum opus capessendum, prosequendumque impulit, atque excitavit. Quamobrem nemo, ut spero, me jure reprehendet, si quam decem prope ab hinc annis incoeperam Epistolarum & opusculorum doctissimi Cardinalis editionem, nunc demum ad umbillicum perducturus, doctissimo ex eadem Franciscana Familia Sixti *Pontificis successori, tertium ejusdem editionis tomum, inscriptum dicatumque voluerim. Quis enim Te aut scientia illustrior, aut rerum gerendarum industria, navitate, consilio, felicitate excellentior? Sapientia primum quanta in Te sit, qui Tui usum habebit aliquem, testem nullum requiret, qui non noverit, potest ex gravissimis a Te obitis apud Minores Tuos Conventuales muneribus argumentum sumere. Testantur hoc Ordinis Tui illustriora gymnasia, in quibus altiores disciplinas in viridi aetate docuisti; & Te insigne Romae S. Bonaventurae Collegium communi omnium plausu moderantem,* Benedictus XIV. *supremo rerum fidei consilio adscripsit, ac munus hoc dificillimum magna doctrinae, prudentiae, ac integritatis laude exercentem,* Clemens XIII. *in amplissimum Purpuratorum*

Pa-

Patrum Senatum cooptavit. His aliarum quoque disciplinarum adjungis studia, sic ut nulla polito sit ars homine digna, cujus non vel peritiam Tibi, vel si minus necessaria sit, amorem certe ac patrocinium adsciscas. Sed hoc fortasse domesticum decus nos quibus Te multos jam annos in Urbe florentem interdum convenire, Tuisque suavissimis colloquiis perfrui contigit, coram cernere & admirari possumus; exteri vero minus propter longinquitatem sentiunt. Illud alterum invictae excelsaeque mentis, & quamlibet multis magnisque rebus explicandis idoneae, nulla est hodie neque tam remota gens, quae non intelligat, neque tam inimica, quae non fateatur, ac praedicet. Quid igitur mirum, si Christiani populi omnes, ubi primum audierunt, TE ROMANUM PONTIFICEM JESU CHRISTI *in terris* VICARIUM, *a Sacro Cardinalium Collegio declaratum, singularem ex tam admirabili electione laetitiam conceperint, animosque statim ad bene de omni republica sperandum erexerint? Si enim scripsit Plato, beatum futurum Orbem terrarum, quem aut Sapientes regnare, aut Reges sapere coepissent; quis de Christiani populi felicitate non*

laete-

laetetur, dum videat penes eum summam potestatem, & auctoritatem esse, qui studium suum ab ineunte aetate in doctrina, ac sapientia percipienda cum admirabili virtutis laude collocasset. Postquam autem Te nihil in tanto dignitatis fastigio immutatum vidimus, sed esse simillimum Tui, postquam cogitationes Tuas omnes referre, gravissimisque vectigalibus remissis, ac Annonae pretio diminuto, Te nil aliud, nisi commissorum Tibi utriusque potestatis jure populorum salutem, & quietem diu noctuque procurantem conspeximus; non modo sperare, sed plane confidere posse videmur, brevi futurum fore, ut sublatis omnium discordiarum seminibus, ingenti cum gloria salvum facias populum Tuum Israel. Quum autem a Te ipso omnis bene gerendae reipublicae institutionem mutuandam esse, a Te ipso virtutum omnium exempla petenda, nihilque Tibi extra Teipsum quaerendum esse, omnes una voce praedicarent; quis non videat quam bene nobiscum actum sit, si omnia gubernare, ac moderari perges, quemadmodum incoepisti, sapientia Tua. Scis qua vixeris continentia, qua moderatione vitae. Scis postulare hoc

 tem-

tempus, ut pecunia doctrinae, ambitio bonis artibus, virtuti cedat impudentia, importunitas a modestia superetur.

Reliqvum igitur est, Pater Beatissime, *ut ea humanitate benignitateque, quam in tanta rerum mutatione tam mirifice conservare valuisti, eadem meos hosce in edendis illustrandisque* Ven. Baronii *lucubrationibus, labores, & studia complectaris, ac protegas: cujus quidem humanitatis pignus, & auspicem Apostolicam benedictionem flexis genibus deposco.*

AMPLISSIMO PRAESULI

THOMAE AZPURU

ARCHIEPISCOPO VALENTINO

AC CATHOLICAE MAJESTATIS APUD S. SEDEM APOST. LEGATO.

In Tomum Tertium Epistolarum &c.

RAYMUNDI ALBERICI

PRAEFATIO.



Uum decem prope ab hinc annos in colligendis evulgandisque Venerabilis Cardinalis Caesaris Baronii S. R. E. Bibliothecarii epistolis, atque opusculis essem versatus, ac duobus primis voluminibus in lucem editis, tertium jam praelo paratum gravissimis de causis evulgare non potuissem, multa mihi continuo veniebant in mentem, quibus incredibili molestia tristitiaque afficiebar. Neque enim solum videbam incidisse me in discrimen existimationis, sed etiam judicii, ne aut eos, qui nobiscum pro typorum sumptibus societatem inierant, decepisse, aut id, quod revera deficientibus ineditis magni viri monumentis praestari nequibat, promisisse videremur. Verum omnis praeteriti temporis acerbitates ex tanta editionis dilatione merito susceptas, plane ea mihi dies ademit Praesul Amplissime, qua roganti me Tibi per litteras (nam valetudine impeditus coram Te adire non licuit) ut jam jam evulgandas Cardinalis Baronii & clarorum virorum ad eum epistolas in hoc tertio Tomo contentas sub tuo nomine appare-

parere patereris, tanta voluptate hujusmodi mecum erga Te officium excipere dignatus es, ut nihil mihi umquam Tua illa humanitatis plenissima responsione laetius atque etiam honorificentius contingere posse existimarim. Qua quidem responsione iterum, iterumque perlecta, statim sensi eo observantiae vinculo me Tibi constringi, ut nullum hoc arctius implicare potuit. Ante enim & si Te non mediocriter colebam, (quem enim Tua illa suavitas morum ad se non attrahat?) hoc tamen studium magis ipsa virtus conciliasse, quam Tuum aliquod in me beneficium produxisse videbatur. Nunc autem isthac tui in me amoris significatione, etiam ob illud beneficium ad te colendum, ac diligendum impellor, quo majus profecto ab incredibili Tua humanitate expectare non poteram. Quid enim potuit mihi gratius accidere, quam intelligere inedita Eminentissimi Annalium Ecclesiasticorum Parentis monumenta meis curis in lucem prolata notisque historico-criticis a me nuper aucta tam libenter humaniterque excipi ab eo, quem natura, quem virtus, quem demum fortuna mirifica certatim consensione decoraverint omni genere laudum atque ornamentorum. Quae ampla, illustria, ac singularia omnia versantur in omnium oculis, & non modo in totius Italiae, sed etiam Europae auribus adeo personant, ut si ea vellem singillatim laudare, (quod tamen neque hujus est temporis, neque loci) assentationis notam pertimescere profecto non deberem.

Verum in communibus laudum virtutumque tuarum praeconiis celebrent alii quidem praeclaram, & excellentem non minus utriusque Juris, quam ceterarum graviorum facultatum ac liberalium artium cognitionem; alii constantem, atque perpetuam integerrimae vitae rationem, alii directam illam tuam ac expeditam in difficillimis exercendis muneribus sine ulla, aut praeclari nominis,

minis, aut dignitatis offensione ad summos quoque honores promerendos viam, alii splendorem in publicis, alii moderationem in privatis, comitatem alii, gravitatem ac misericordiam in pauperes alii praedicent: Ego vero quum haec omnia eximia, ac perpetua commendatione digna judico, tum illam Tuam in primis admiror magnitudinem animi ac prudentiae vim, qua in sortem ipsam constitutam a quibusdam rerum humanarum dominam, videris dominari. Quid igitur mirum si tam excellenti virtute Tua allectus potentissimus Hispaniarum Indiarumque Rex Catholicus Carolus III. suorum apud Sanctam Apostolicam Sedem negotia Regnorum, ac Provinciarum Tibi gravissimum *Sacrae Rotae XII. Viri* munus summa doctrinae integritatisque laude, jam Romae exercenti, commendare deliberarit; eaque Optimi, ac Sapientissimi Regis deliberatio talem habuerit exitum, qualem in summo rerum discrimine vix a quoquam sperare fas erat. Nam solertis fidique Legati dexteritatem, atque prudentiam cum Ecclesiastici viri officio conjungis admirabili temperamento; & Te quum omnis honestatis, ac dignitatis amantissimum omnium, quae ad comparandam veram ac solidam gloriam pertinent, avidum atque appetentem natura genuisset; consequuta deinde sanctissimi Thomae de Villanova Archiepiscopi praedecessoris Tui in Valentina Cathedra egregia imitatio, magis etiam incitavit ad easdem illas vias, in quas ipsa Te natura deduxerat animosius & constantius persequendas, ut non immerito SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI CLEMENTIS PP. XIV. (quem Deus Ecclesiae bono diu sospitem servet) benevolentia cum invictissimi Tui REGIS voluntate in Te extollendo exornandoque certare quodammodo videatur. Quamobrem nemo me jure reprehendet, si VEN. BARONII morem sequutus. Tertium hoc illius epistolarum volumen ejusdem Pontificis Maxi-

Maximi nomini Majeſtatique dicatum, Tibi etiam inſcripſerim PRAESUL AMPLISSIME, ATQUE DOCTISSIME in perennis obſequii mei devinctique erga Te animi argumentum. Neque enim dubito, quin Tu, quum Auctorem ipſum magni facias, meos etiam in ejus ſcriptis colligendis illuſtrandiſque labores aequi bonique ſis conſulturus. Nam & ſi in meis ad haſce VEN. BARONII & clarorum virorum ad eum epiſtolas adnotationibus nihil non vulgatum, nihilque non ubique obvium, expoſitumque a noſtrarum virium tenuitate poſſit expectari: illud tamen nos recreat, quod noſtra haec in epiſtolas Ven. Auctoris, qualiſcumque demum ſit opera, ad Te potiſſimum inſcribatur. Quod ſi eamdem meam operam PRAESUL HUMANISSIME, hoc eſt Viro ſumma nobilitate, ingenio ſingulari, in rectiſſima Regalis ſui officii adminiſtratione, in pace tuenda, ac in populorum commodis curandis illuſtri, gratam acceptamque intellexero; maximum laborum meorum fructum me conſequutum fuiſſe arbitrabor, conaborque etiam, atque etiam, quae ſuperſunt Ven. ejuſdem Cardinalis opuſcula, quam citiſſime in publicam lucem, communemque utilitatem proferre. Romae ex Aedibus S. Mariae in Vallicella Kalend. Auguſti MDCCLXX.

S E-

SERIES
SIVE
CONSPECTVS
RERVM OMNIVM

Quae in hoc tertio volumine continentur.

IMPRI-

IMPRIMATUR.

Si videbitur Reverendissimo Patri Magistro Sacri Palatii Apostolici.

Dom. Jord. Patriarch. Antioch. Vicesg.

APPROBATIONES.

Quod de Primo & Secundo Volumine τῆς Συλλογῆς Epistolarum, quas vir doctissimus *Ven. Caesar Baronius S. R. E. Cardinalis amplissimus* scripsit, aut viri Sua aetate praeclati ad ipsum dedere non semel dictum a me fuit, illud idem dicam necesse est & depraesenti sentio. Illud jussa faciens Reverendissimi Patris Thomae Augustini Ricchini S. P. A. Magistri, ea qua oportebat, quantum tamen per me licuit, diligentia evolvi, legi, & loca quae postulare magis videbantur, attente sum contemplatus; nihilque scrutanti mihi occurrit quod sacrae Christi Domini Religioni, sanctisque moribus adversetur; quod novum, aut peregrinum & insolens optimis Theologis apparere possit. Multa sunt in eo quae ad historiam Annalium praestantissimi Baronii illustrandam mitifice faciunt; quae ad eruditam cognitionem illius aetatis quae Epistolae fuere exaratae; multa etiam scitu digna in annotationibus quibus Vir Clariss. Raymundus Alberici Congregationis Oratorii Romani Sacerdos illas adauxit & ornavit. Quae cuncta tantum abest ut officiant, quin potius suadent ut communi omnium commodo & utilitate libet typographorum arte in publicum emittatur.

Dat. Romae in AEdibus S. Silvestri M. Q. III. Idus Sextiles Anni a Partu Virginis CIↃ. IↃ CC. LXX.

Antonius Franciscus Vezzosi C. R.

Quamvis exploratissima sint Venerabilis Cardinalis Baronii in Ecclesiam & res christianas universas merita; nec quemquam lateat quanta cum admiratione ac jubilo susceperit Catholicus Orbis elaboratissima ipsius opera, cum primo prodierunt: Attamen nec inutilis, nec illaudanda mihi visa est Clar. Vir D. Raymundi Alberici sollicitudo ac diligentia, qua ejusdem *Baronii & Clarorum Virorum ad eum* datas per id tempus *epistolas* e latebris eruere, inque publicam lucem inferre solerter eque ac fideliter curat. Valent istae si non amplificando Baronii nomini, cui multo propemodum accessio laudis fieri posse videtur, tamen ostendendo magis, magisque patefaciendo candori animi, ac morum integritati, qua exornabatur summus ille Vir, quaeque ex familiaribus litteris, ob rerum sibi obversantium vicissitudinem, latius internoscitur. Equidem cum, demandata mihi a Reverendissimo P. Magistro Sacri Palatii Apostolici hoc tertio Epistolarum Volumen censendi provincia in eas morosius intenderem, non potui non demirari eximias, ac prope coelestes virtutes, sed demississimam imprimis humilitatem, qua tantus Vir summis oinibusque honoribus natus aptissimusque, ab omnibus tamen viritim abhorruit; & quns invitus tandem, & obluctans admittere compulsus est, sic vero tenuit quasi non haberet. Haec major *Baronii* laus & commendatio. Nec tamen praeterit quantum Ecclesiasticae Historiae studiosis quibuscumque volupes futurae sint hae litterae, & quantam Annalium & Martyrologii locis quibusdam paullo obscurioribus lucem sint allaturae; Adnotationibus maxime praelaudati eruditissimi Domini Alberici praeferentibus facem, quibus creberrime illustrantur. Quamobrem non Fidei, non Pietati nisi consentaneum, non nisi jucundum et commodum Litteratis omnibus fore arbitror tertium hoc Epistolarum *Baronii* selectarum Volumen; igitur praelo dignissimum.

Dabam in Conventu SS. XII. Apostolorum III. Idus Sextiles MDCCLXX.

F. Joseph Antonius Martinelli Conventualis Indicis & Sacrorum Rituum Congregationum Consultor.

IMPRIMATUR.

F. Thomas Augustinus Ricchinius Ord. Præd. Sac. Pal. Apost. Magister.

VENE-

VENERABILIS
CAESARIS BARONII
S. R. E. CARDINALIS BIBLIOTHECARII
RESPONSIONES
NOMINE
CLEMENTIS VIII. PONT. MAX.
AD LIBELLUM
CARDINALIS BELLARMINI
DE PRIMARIO OFFICIO SUMMI PONTIFICIS.



CLEMENTI VIII. PONT. MAX.

ROBERTVS CARD. BELLARMINVS. (*a*)



Ummus Pontifex triplicem gerit in Ecclesia Dei personam (*b*). Est enim Pastor & Rector Ecclesiae universae, Episcopus Urbis Romae proprius, & Princeps temporalis Ecclesiasticae ditionis. Sed inter omnia ejus officia primum locum tenet sollicitudo omnium Ecclesiarum: hoc enim est primum, singulare, maximum. Primum quidem: quoniam Apostolus Petrus multo ante factus est Pastor totius Dominici gregis, quam Epi-

(*a*) **Hoc Bellarmini opusculum, adjunctis** ipsius Clementis P.M. responsionibus, edidit Romae anno 1678. Daniel Bartolus Soc. Jesu in calce librorum, quos de ejusdem Bellarmini vita conscripsit. Atque is Clementis responsiones non seorsum, quod nos faciendum curavimus, sed ipsi Bellarminianae lucubrationi suo quamque loco insertas typis mandandas curavit; fortasse quo hoc suo labore nonnihil legentium laborem levaret. Nos autem Baronii autographum sequuti, integrum primo quidem ipsius Bellarmini opusculum excudendum curavimus, cui deinde Pontificis responsiones subjecimus. Jam tria sunt, de quibus lectores hoc loco admonitos volumus. I. Est, ut si qui occasionem hujus opusculi conscribendi doceri cupiant, adeant eum, quem modo laudavimus, Danielem Bartoli lib. III. cap. 14. de vita Bellarmini, ubi fuse rem persequitur. II. Est, contulisse nos utrumque hoc scriptum cum Bartoli editione, insignioresque varietates, quae quidem adnotatu dignae viderentur, non praetermisisse, quod perlegenti haec nostra patebit. III. Denique quaeret fortasse quispiam, cur hanc Bellarmini lucubrationem recudendam hoc loco curavimus? Cui respondemus, non aliam profecto ob rem, quam responsionum Clementis ipsius caussa; Has autem quamobrem? Videlicet quia Baronii foetus sunt, ab eoque Pontificis nomine lucubratae. Et certe servatur in nostra Vallicellana Bibliotheca ipse Bellarmini libellus, cui ipsius Baronii manu, quam satis ex aliis ejus scriptis cognitam, ac perspectam habemus, responsiones adnectuntur, ut nullo modo dubitandum videatur, quin ab ipso Baronio profectae sint. Idque adeo magis, si animadvertamus, Baronium Theologi munere apud ipsum Clementem fuisse perfunctum, eidemque confitenti aures praebuisse; nihilque adeo optimum Pontificem magnarum, minimarum rerum perfecisse, in quo non ipsius Venerabilis Viri qua opera, qua consilio, qua lingua etiam, & calamo uteretur. Sed quid pluribus opus est? satis enim, ut diximus, res ipsa, hoc est ipsa Baronii manus, quod unum argumentum pro milibus esse debet, clamat, hasque responsiones velut fugitivas auctori suo vindicat.

(*b*) Erunt fortasse, qui majorem in his personis distinguendis Bellarmini diligentiam requirent, illudque optabunt, qui Principis temporalis personam commemorandam hoc loco sibi duxit, quod minimum quidem certe ad insti-

ſcopus Antiochenus, vel Romanus. Singulare autem, quoniam multi ſunt alii Epiſcopi nobiliſſimarum Civitatum, multi quoque Principes temporales; ſed Pontifex Orbis terrarum, Chriſti Vicarius generalis, Paſtor univerſalis Eccleſiae, ſolus ipſe eſt. Denique maximum, quia Epiſcopatus Romae ſuos habet definitos limites, eoſque ſatis anguſtos, ut etiam Principatus Eccleſiae temporalis. At Summus Pontificatus nullos habet in Orbe terrarum limites, niſi quos ipſe Orbis terrarum habet.

Porro officium hoc tam antiquum, tam magnum, tam ſingulare, tam proprium ſibi, tam neceſſarium Eccleſiae, facile poterit Summus ipſe Pontifex implere, ſi Eccleſiis bonos Epiſcopos praeficiat, eoſque ſuo muneri ſatisfacere curet, & ſi opus ſit, cogat. Siquidem boni Epiſcopi bonos eligent Parochos, bonos Concionatores, bonos Confeſſarios. Itaque animarum ſalus, niſi per ipſas ſteterit, in tuto erit; ac ſi forte negligentia Epiſcoporum, vel Parochorum aliquae pereant, ſanguis earum de manu Paſtorum particularium requiretur. Summus autem Pontifex animam ſuam liberabit: quippe qui fecit, quod ſuum erat, ne perirent.

Sin autem Summus ipſe Paſtor Eccleſiis particularibus vel Epiſcopos dederit minus bonos, vel ut ii fungerentur munere ſuo non diligentem operam dederit, tunc ſane animarum illarum ſanguis de manu Pontificis Maximi requiretur. Id Concilium Trident. ſeſſ. 24. cap. 1. his verbis monet. *Poſtremo eadem S. Synodus tot graviſſimis Eccleſiae incommodis commota non poteſt non commemorare nihil magis Eccleſiae Dei eſſe neceſſarium, quam ut Beatiſſi-*

ſtitutam ſcriptionem faciebat, idem accuratius enucleatiuſque ſpiritales, quas Romanus Pontifex gerit in Eccleſia Dei, perſonas diſtinxiſſet. Quibus illud reſpondemus, non neceſſe habuiſſe doctiſſimum Cardinalem accuratius iſta perſequi, atque ad vivum, ut dicitur reſecare, quippe qui hac lucubratione non tam quaeſtionem inſtituebat de Romani Antiſtitis dignitate, ac praerogativis, quam eam ad mores, atque ad uſum vitae referre voluit: ſicque quae theologicae palaeſtrae erant parce, quae ad abuſus corrigendos, emendandamque creandorum Epiſcoporum, & Eccleſiaſtici gregis paſcendi rationem facere ipſi videbantur, aliquanto latius atque uberius, habita ejus ad quem ſcribebat, ſuaeque, qua ut iſta ſcriberet, ſe impulſum fatetur, religionis ratione, attingenda putavit. Ceterum quinque omnino ex veterum reſponſis, & Oecumenicorum Conciliorum decretis in Romano Pontifice Perſonae (nam illam Principis temporalis nunc omittimus) diſtinguendae ſunt. Eſt enim primo Epiſcopus in Urbe, ejuſque paroecia. II. Metropolitanus Provinciae Romanae. III. Primas Italiae. IV. Patriarcha Occidentis. V. Denique eſt omnium capitum Caput, atque univerſae, quae ſub caelo eſt, Chriſti Eccleſiae Princeps, Moderator, & Paſtor. Conſule quae hac de re habentur apud Jacobum Sirmondum Operum tom. 4. de Suburbicariis regionibus & Eccleſiis cap. 12; Propemptici ad Salmaſium lib. 2. cap. 12., & in cenſura Diſſertationis ſecundae cap. 5. Morinum exercit. Eccleſ. lib. 1. exercit. 6., & exercit. 13. Leonem Allatium de conſenſ. Eccleſ. Occident. & Orient. lib. 1. c. 8. Hallier de ſacris Ordinat. part. 3. cap. 4. Sect. 5. art. 3. Natalem Alexandrum Hiſtor. Eccleſ. ad ſaeculum IV. diſſert. 20., alioſque quam plurimos;

tissimus Romanus Pontifex, quam sollicitudinem Universae Ecclesiae ex muneris sui officio debet, eam hic potissimum impendat, ut lectissimos tantum sibi Cardinales adsciscat, & bonos maxime atque idoneos Pastores singulis Ecclesiis praeficiat. Idque eo magis, quod Ovium Christi sanguinem, quae ex malo negligentium, & sui officii immemorum Pastorum regimine peribunt, D. N. I. C. de manibus eorum sit requisiturus.

Haec me consideratio ita vehementer exterret, ut nulli hominum magis ex animo compatiar, quam Summo Pontifici, cui plerique omnes invidere solent. Quod enim S. Joannes Chrysostomus hom. 3. in Acta Apost. magno cum animi sensu scribit, paucos ex Episcopis salvari, propterea quod difficillimum sit tot animarum sibi creditarum bonam rationem reddere, multo magis in Summis Pontificibus locum habere dubitari non potest. Neque blandiri nobis debemus de bona conscientia, de recta intentione, de sanctis operibus, cum Apostolus Paullus dicat: *Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc justificatus sum*: Et Apostolus Jacobus terreat nos illa formidolosa sententia: *Quicumque totam legem servaverit, offendat autem in uno, factus est omnium reus*. Unum autem, in quo facillime peccatur, & difficillime remedium adhibetur, est hoc, de quo agimus. A

Quare fretus Apostolica benignitate deponam in sinum pientissimi Patris, seu potius ad pedes ejus scrupulos meos, qui me, ut verum fatear, quiescere non sinunt. Videntur igitur mihi sex quaedam res esse, quae reformatione indigeant, nec sine periculo negligantur.

Prima res est diuturna vacatio Ecclesiarum, de qua re exstat epistola S. Leonis ad Anastasium Episcopum Thessalonicensem, in qua jubet sine mora provideri Ecclesias, ne gregi Dominico diu desit cura pastoralis (1). „ Exstat etiam decretum Innocentii III. in „ tit. de Elect. ubi dicitur: Ne pro defectu Pastoris gregem Domi- „ nicum lupus rapax invadat, aut facultatibus suis Ecclesia viduata „ grave dispendium patiatur, volentes in hoc etiam occurrere pe- „ riculis animarum, & indemnitatibus Ecclesiarum providere, sta- „ tuimus, ut ultra sex menses Cathedralis Ecclesia, vel Regularis „ praelatio non vacet „. Estque hoc decretum cum multis aliis maturo consilio in Synodo generali amplissima confectum. Exstant quoque plurimae apud S. Gregorium Epistolae, in quibus admonentur ii, ad quos spectat electio, quam citissime Pastorem eligere, et B

(1) Bartoli Exemplar. Pastoris.

& si forte necessaria fuisset aliqua mora, consueverat idem Pontifex vacantem Ecclesiam commendare vicino Episcopo, non, ut fit hoc tempore, ad fructus percipiendos, sed ad sollicitudinem ejus Ecclesiae interim gerendam. Itaque studebant sanctissimi illi, prudentissimique Pontifices continuo vacantibus Ecclesiis providere, ne rei efficerentur animarum, quas ob defectum Pastoris perire contingeret: difficile enim esset paucis explicare, quantum detrimenti capiant Ecclesiae viduatae, in quae vitiorum abrupta se grex praecipitet, dum caret Pastore; quantum silvescat vinea Christi (1), dum caret Agricola.

C Secunda res est promotio minus utilium Praelatorum: deberet enim provideri Ecclesiis de bonis personis; non autem personis de bonis Ecclesiasticis (2). Fateor quidem, optimam illam esse provisionem, cum utrumque simul fieri potest, ut & personae benemerenti, & Ecclesiae vacanti utiliter provideatur; sed prima, & maxima ratio habenda est Ecclesiae. Scribit enim S. Gregorius „ lib. 6. in 2. librum Reg. cap. 3. in aliis multis rebus salubrem esse „ dispensationem, sed ut indignus promoveatur ad Episcopatum, non „ posse, nisi mortiferam esse dispensationem „. Et ipse idem S. Gregor. lib. 2. registr. cap. 68., dicit se ob metum peccandi in electione omnino decrevisse, se non admiscere in electionibus Episcoporum. Ac ut alia nunc praeteream, Concilium Trident. Sess. 24. cap. 1. disertis verbis affirmat, peccare mortaliter eos omnes, ad quos quocumque modo spectat Episcoporum promotio, nisi eos praeficiendos curaverint, quos digniores, & Ecclesiae magis utiles ipsi judicaverint, quae est communis Doctorum sententia.

D Expavi fateor, cum bis terve in Sacro Consistorio vidi ad Episcopatus Cardinalitios promoveri aliquos, qui vel ob nimiam senectutem, vel ob magnam (3) corporis debilitatem, vel ob defectum Episcopalium virtutum, tales erant, ut non modo non utiliores, sed vix utiles, vel apti ad regendas animas judicari possent. At consuetudo id postulat, ut antiquioribus Presbyteris Cardinalibus, quicumque illi sint, Ecclesiae illae committantur. Non opinor, illam consuetudinem umquam effecturam esse, ut corpora nostra curanda Medicis antiquioribus committamus, si vel ob decrepitam aetatem, vel ob aliam caussam minus idonei sint ad curandum. Quod ergo facimus ob salutem corporis temporalem, cur non faciemus ob salutem aeternam animarum?

E Omitto, quod hoc tempore plurimi ambiunt Episcopatus, vel

(1) B. E. Domini. (2) B. E. Ecclesiis. (3) B. E. Nimiam.

vel potius non ambiunt, sed aperte quaerunt, & flagitant, nescientes omnino, ut Dominus ait, quid petant. Si enim judicio etiam civilium Legislatorum non est dignus Sacerdotio, nisi qui ordinatur invitus, quomodo non erit indignus, qui ultro se ingerit? S. Gregorius lib. 6. in 1. lib. Reg. cap. ultimo, rectum ordinem esse dicit, ut quaerantur homines ad Episcopatum, non ut quaerant homines Episcopatum. Et S. Bernardus lib. 4. de Consideratione cap. 5. *qui pro se rogat*, inquit, *jam judicatus est*, & infra: *Cunctantes, & renuentes coge, & compelle intrare.*

Tertia res est absentia Pastorum ab Ecclesiis. Quid enim prodest idoneum eligi, si non resideat? Ac ut vetera praetermittam, F
Conc. Trident. Sess. 23. cap. 1. declarat, praecepto Divino teneri Pastores animarum oves suas agnoscere, Verbi Divini praedicatione, Sacramentorum administratione, ac bonorum omnium operum exemplo pascere, quae omnia implere non posse, qui gregi suo non assistunt, & per se notum est, & ab eodem Concilio explicatum (a).

Ex

(a) Episcopos quidem, & animarum Pastores residere in sua quemque Ecclesia, seu Dioecesi debere, idque ipsis Concilia, & Patres gravissimis verbis inculcasse, erudite, ut solet Thomassinus de Vet. & nov. Eccles. discipl. lib. 3. a cap. 30. ad 36. demonstrat. Quo autem ad id jure adigantur, id vero oon ita certum exploratumque est: contendentibus plerisque, residentiam jure Divino Episcopis imperari, aliis contra juris eam, ut dicitur, mere Ecclesiastici esse propugnantibus. De qua quidem controversia accurate in Concilio Tridentino disceptatum est ante Sess. IV. sub Paulo III., sed acrius agitata est sub Pio IV. in conventibus habitis ante Sess. 19. & 23., tantoque studio in utramque partem versata est, ut plura pro utraque sententia exarata fuerint opuscula, quae prodierunt Venetiis anno 1562. typis Jordani Zileti. Cumque dissidentes inter se Patres ut secum ipsi consentirent, effici nulla ratione posse videretur, placuit rem sic moderari, ut novo quidem decreto omnes animarum Pastores ad residentiam adigerentur, acribusque, siqui contumaces exstitissent, poenis afficerentur, nihil tamen Synodus decerneret de jure, quo iidem tenerentur. Quin immo ita decreti verba temperanda censuerunt, ut nihil inde alterutri sententiae detraheretur: quae omnia fuse persequitur Cardinalis Pallavicinus in histor. Concil. Trident. lib. 7. cap. 6. lib. 16. cap. 4. lib. 21. cap. 12.

Cautionem hanc Tridentini Conventus cum perspectam haberet Pius IV, in allocutione, quam habuit ad Cardinales, & Episcopos Kalendis Martiis 1564., quae exstat in Actis Consistorialibus, agens de residentia a Concilio Lateranensi sub Innocentio III., atque a Tridentino animarum Pastoribus novis sanctionibus injuncta, haec ad rem subdidit: *Licet vero neque in illo, neque in isto Concilio clare definitum sit, an residentia de jure Divino esse censeatur, quod neque etiam nos nunc ex improviso definire audemus*; &c.

Nescii non sumus, quosdam esse, qui contendant, hanc, de qua loquimur controversiam, etsi non ita disertis expressisque verbis Tridentini Patres definiverint, tamen virtualiter, ut ajunt, & implicite de ea constituisse, ut pro jam definita haberi possit; quod hoc pacto probare instituunt. Quo quisque jure obligatur ad finem, ad ea pariter obligatur, quae ad assequendum finem sunt necessaria; Episcopi autem, animarumque Rectores ex Tridentino jure Divino obligantur ad pascendum commissum sibi gregem, ad hunc vero pascendum, uti decet, & oportet, necessaria est residentia, ut idem Tridentinum declarat. Eodem igitur jure iidem ad residentiam obligantur. Haec illi, & sane non male, sed tamen quod sumunt, residendum necessario Pastoribus esse, si gregem suum pascere, uti decet, velint, idque Tridentinos Patres censuisse, id vero oon ita solide, vereque sumunt. Quid enim? Hoc ne Patres dixerunt, non posse oves pascere, qui non resident? non sane; *sed qui gregi suo non invigilant, neque assistunt, sed mercenariorum more*

deste-

Ex quo idem Concilium colligit, Cardinales quoque, si forte Episcopi sint Ecclesiarum ab Urbe remotarum, teneri ad residentiam in illis Ecclesiis.

At-

deserunt : haec autem verba referri commode ut patet ad animum possunt : cum verè gregi suo invigilare, assistere, eumque non deserere dicatur, qui etsi absens est corpore, illius tamen regimini & tutelae sedulo excubat animo, ut dicere cum Apostolo possit a. ad Corinth. 11. *Instantia mea quotidiana, sollicitudo omnium Ecclesiarum*. Atque hinc factum est, ut Tridentini quidam Patres, qui praedictis verbis obstiterant, quod metuerent, ne illis controversia decidi, & residentiae praeceptum Juri Divino adscribi videretur, postquam eorumdem verborum sensum inspexerunt, pugnare contra destiterunt, ut refert idem Pallavicinus cit. lib. 21. cap. 12. num. 5.

Ad haec docet Sanct. Thomas 2. 2. quaestione 185. art. 5. in qualibet obligatione praecipue spectandum esse finem obligationis : cum autem finis, propter quem animarum Pastoribus residentia praecipitur, sit spirituale bonum animarum, quibus praesunt, infert inde, si eumdem finem assequi possint in absentia, licite se Pastores a suis ovibus subducere posse. Et vero si residendi praecepto non satisfacit, qui ita inter suas oves versatur, ut animo ab illis absit, nullam earumdem curam gerens ; quod hoc pacto a fine aberrat, cujus gratia residensia ei imperatur, quod docent Patres Concilii Aquilejensis anni 1596. rubrica 5. *Quod de Episcoporum residentia a S. Concilio Tridentino, & Summorum Pontificum constitutionibus cautum est, hoc non est intelligendum, ut praesentia assideant, nihil praeterea agant, cum ex sacris Canonibus residentia sit accipienda in eum sensum, ut sit laboriosa, non otiosa ; id, quod duobus praesertim Tridentinae Synodi verbis egregie exprimitur, ut pascant, & regant &c.* Collectionis Harduini tom. 10. col. 1886., contraria ratione censebitur praeceptum adimplere, qui etsi a suis ovibus corpus subducat, animo tamen iisdem adest, & finem obtinet illas pascendi, & regendi, ad quem localis praesentia dirigitur.

Rationem hanc eamdem S. Thomae secuti Tridentini illi Patres, qui residentiae onus a solo jure Ecclesiastico repetebant, ita eam clariorem illustrioremque fecerunt apud eumdem Pallavicinum lib. 16. cap. 4. num. 15. Contingit enim aliquando, ajebant, adeo exiguam esse dioecesim, cui Episcopus praeest, tamque angustis limitibus coarctari, ut a loco suae dioecesi finitimo multo ipse commodius suas oves pascere, quàm quivis alius possit, qui resideat in amplissimae dioecesis centro. Si itaque in residentiae obligatione spectandus est, ut docet S. Thomas, obligationis finis, non potest dici residentiae praecepto non obtemperare, qui in praedicto loco degit, unde pusillo gregi; perinde ac qui in amplissimae suae dioecesis praecipua urbe commoratur, adesse, ac prospicere potest.

Sententiam, ultro fatemur, quae residentiae obligationem a jure naturali Divino repetit, communiorem esse, eique fere omnes ealculum adjecisse, quicumque post Tridentinum scripserunt, cum Theologos, tum Canonistas, inter quos Sotus lib. 10. de justitia & jure quaest. 3. art. 1. Bellarminus Epist. ad Theanensem Episcopum nepotem suum post editionem Coloniensem anni 1619., aliasque denuo typis excusa post acta Legationis Helveticae Cardinalis Passionei, ac novissime in lucem edita a Francisco a Puteo Congregationis Oratorii Romani inter selecta Patrum opuscula tom. 1. pag. 341.

Quod autem paullo supra accidere posse diximus, id re ipsa contingit in sex Episcopis Cardinalibus, Ostiensi, Portuensi, Sabinensi, Albanensi, Praenestino, & Tusculano, qui principem in S. R. E. Cardinalium Collegio locum obtinent, suppresso jam inde per Callistum II. septimo Episcopatu suburbicario, Sanctarum Rufinae, & Secundae, seu Silvae Candidae, quem appellabant, cujus Cathedram, & Dioecesim idem Pontifex Portuensi adnexuit. Atque sex hujuscemodi Episcoporum Dioeceses Urbi Romae admodum proximae sunt, ac pene finitimae ; sed tamen a Dioecesi Romana vere distinctae, & separatae, ut colligere licet ex constitutione Benedicti XIV. 115. §. 21. tom. 1. Jam cum praedicti Episcopi Cardinales in ipsis Dioecesibus non resideant, sed Romae moram ducant Summo Pontifici assistentes, etsi aliquando ad supradictas easdem Dieceses se conferant, sicque a residentia in propriis Dioecesibus ex dispensatione Pontificia absint, hinc aliquis argumentando colligere non inepte fortasse posset, residentiae debitum, non a praecepto Divino, sed ab Ecclesiastica institutione esse repetendum.

Verum enim vero hanc eamdem rationem adversae sententiae Patroni, ii inquam, qui Juris Divini totum hoc esse contendunt (nos

enim

Atque hoc eſt praecipuum, in quo vehementer timeo, ne offendant ii, ad quos pertinet dare operam, ut Epiſcopi reſideant. Video enim in Eccleſiis Italiae deſolationem tantam, quanta ante multos annos fortaſſe non fuit, ut jam neque Divini juris, neque humani reſidentia eſſe videatur. G

Primo numerantur hodie Cardinales Epiſcopi non reſidentes XI: Geſualdus, Florentinus, Veronenſis, Aſculanus, Gallus, Borromaeus, Senenſis, Vicecomes, Tuſcus, Oſſatus. H

Secundo plures adhuc numerantur Epiſcopi, qui Nuncios Apoſtolicos agunt, quorum aliqui per multos annos Eccleſias ſuas non viderunt. I

Tertio nonnulli relicto miniſterio paſcendi animas ſibi creditas Magiſtratum politicum gerunt. Id qua ratione juſtificetur, ignorare me fateor: nam Apoſtolus prohibet eos, qui Deo militant implicari negotiis ſaecularibus, & S. Gregorius lib. 7. Regiſtr. cap. 11. acriter reprehendit Baſilium quemdam Epiſcopum, qui veluti unus de laicis in cauſſis forenſibus, & praetoriis occupabatur. Olim ex Judicibus ſaeculi aſſumebantur aliqui ad ſolium Epiſcopale, quod de Ambroſio, Nectario, Chryſoſtomo, Gregorio legimus. Quod vero ab Epiſcopali faſtigio deſcenderint aliqui ad politicum Magiſtratum gerendum, apud veteres, quod ſciam, non legitur, nec immerito: quale enim eſt, *ut quorum proprium munus eſt inſtare verbo, & orationi*, & quorum manus ad benedicendum conſecratae ſunt, ii ſatellitibus ſtipati torquendis & necandis hominibus praeſint? L

Quarto nonnulli relictis ovibus ſuis Romae vel inutiliter tempus terunt, vel iis in rebus occupantur, quae per alios commode fieri poſſent. Fateor quidem, aliquos Epiſcopos a reſidentia per obedientiam excuſari; neque illud inficior, poſſe Summum Pontificem certis de cauſſis, atque ad tempus Epiſcopos aliquos a reſidentia eximere, ſed neſcio an Deo placeat, ut tantus numerus E-

enim neutram opinionem hoc quidem loco tamquam noſtram ac propriam tueri, profitemur; l hanc Igitur Adverſarii rationem hoc pacto convellere ac labefactare facile poſſunt: nimirum, Cardinales Epiſcopos ſuburbicarios, dum in urbe reſident, ut Romano Pontifici, & Eccleſiae univerſalis negotiis operam praeſtent, ſatisſacere debito reſidentiae, ſin minus materialis, at certe formalis, quod quidem ſumma facilitate adimplent ob parvam Dioeceſium ſibi commiſſarum ad Urbe diſtantiam. Romanum vero Pontificem, dum ſciens, prudenſque id fieri patitur, & tacitam ipſis diſpenſationem a reſidentia materiali concedit, non eos quidem a legis Divinae vinculo abſolvere, ſed interpretando definire, Divinam legem illos in caſu de quo agitur, ob adjunctas rerum circumſtantias, nequaquam adſtringere.

Et haec ſane reſponſio conformis eſt doctrinae S. Thomae in quodlibet 9. art. 15.. cui poſt Covaruviam, Sotum, & Vaſquez, calculum ſuum adjecit Fagnanus in Cap. Ex parte num. 57. de Clericis non reſiden. Speciatim vero de eo, quod pertinet ad praedictos ſex Epiſcopos ſuburbicarios, plura habet Cardinalis Brancatius in ſua diſſertatione de optione Sex Epiſcopatuum.

piſcoporum tam longo tempore, tanto cum animarum detrimento a propriis Eccleſiis abſit, quos certe ſuo muneri ſatisfacere non poſſe perſpicuum eſt. Nam ſi illi Epiſcopi, qui aſſidue reſident, & totis viribus in curam animarum incumbunt, neque ſuſcipiunt alia tractanda negotia, vix tamen onus regiminis ferunt, & nimis cum ingenti periculo praeſunt, ut de ſe S. Auguſtinus loquitur lib. 10. confeſs: cap. 4., & notum eſt ex apologetico S. Gregorii Nazianzeni, ex dialogo S. Jo. Chryſoſtomi de Sacerdotio, & ex libro paſtorali S. Gregorii, quomodo non falluntur ii, qui longe ab ovibus ſuis abſunt, & alienis multis negotiis implicantur, & tamen muneri ſuo Epiſcopali ſe ſatisfacere poſſe confidunt?

M Quarta res eſt polygamia ſpiritualis, cum videlicet uni perſonae plures Eccleſiae committuntur. S. Bernardus in ep. ad Comitem Theobaldum rem totam tribus verbis abſolvit, cum ait, id non eſſe licitum, niſi diſpenſative (1) ob magnam Eccleſiae neceſſitatem. S. Thomas in quodlibet. 9. art. 15. ſcribit beneficiorum praeſertim Curatorum multiplicitatem, non ſolum (2) contrariam eſſe juri Canonico, ſed etiam juri naturae, non quod ita ſit intrinſece mala, ut nullo modo honeſtari poſſit, qualia ſunt adulteria, mendacia, & ſimilia, ſed quod abſolute mala ſit, poſſit tamen ob certas circumſtantias honeſtari, ut ob Eccleſiae neceſſitatem, ex quo colligit idem S. Thomas, eum, qui ex diſpenſatione duas Eccleſias habet, non eſſe tutum in conſcientia, niſi cauſſa illa adſit Eccleſiae neceſſitatis, vel ſaltem majoris utilitatis, quoniam diſpenſatio non tollit, niſi vinculum juris poſitivi. Et hanc S. Thomae doctrinam omnes Theologi probant. Quare timendum eſt, ne forte non ſint in conſcientia tuti, qui duas Eccleſias habent, unam Cardinalitiam, & alteram non Cardinalitiam. Cauſſa enim, cur Epiſcopis Cardinalibus duae permittantur Eccleſiae, non videtur eſſe neceſſitas, vel utilitas Eccleſiae, ſed major perſonae dignitas, vel commoditas, quas cauſſas S. Thomas omnino repudiat. Neque ſufficienter excuſari videntur ex eo, quod unam Eccleſiam in titulum, alteram in adminiſtrationem habere dicantur, vel quod hanc polygamiam ſpiritualem uſus a multis annis introductus admittat. Nam ut omittam, quod Epiſcopi Cardinales hodie non ſe adminiſtratores, ſed Epiſcopos utriuſque Eccleſiae dici volunt, certe Concilium Tridentinum a S. Sede Apoſtolica approbatum, diſtinctionem illam nominum aperte rejicit, cum ait Seſſ. 7. cap. 2. Nemini quacunque dignitate fulgeat, duas Ca-

(1) B. E. Diſpenſatorie. (2) B. E. Nedum.

Cathedrales committi debere, neque in titulum, neque in commendam, neque alio quovis nomine. Et Sess. 24. cap. 17. duo beneficia praesertim curata, ne ipsis quidem Cardinalibus concedit. Usum autem illum a multis annis introductum eadem Tridentina Synodus abrogavit. Ut omittam, quod ea, quae mala sunt, nisi certa quaedam circumstantia adsit, nulla consuetudine bona fieri possunt, nisi circumstantia illa adsit.

Quinta res est facilis translatio Episcoporum de una Ecclesia N
ad aliam, quae maxime cernitur in sex Episcopatibus Cardinalitiis, & in Episcopatibus Hispaniae. Translatio enim Episcoporum secundum canones, atque usum veteris Ecclesiae non debet fieri, nisi ob Ecclesiae necessitatem, vel majorem utilitatem: neque enim institutae sunt Ecclesiae propter Episcopos, sed Episcopi propter Ecclesias. S. Gregorius, ut refert Jo: Diaconus in ejus vita libro 3. cap. 18., neque ipse ullum Episcopum ab Ecclesia sua ad aliam transtulit, neque ab aliis transferri umquam assentiri voluit. Nunc autem quotidie translationes fieri videmus ea solum de caussa, ut Episcopi vel honore, vel opibus augeantur. Praeterea notum est ex capite Inter corporalia, de Translat. Episcop., vinculum matrimonii spiritualis esse aliquo modo majus quam vinculum matrimonii corporalis, ac propterea non posse solvi, nisi a Deo, sive Vicario Dei declarante voluntatem Domini sui. Quis autem credat velle Deum, ut ob solum temporale lucrum, vel honorem, vinculum hujus sacri conjugii dissolvatur? Praesertim cum id sine detrimento animarum fieri nequeat, ut experimentum ipsum docet: neque enim Episcopi Ecclesias diligunt quas brevi se deserturos sperant, ut ad alias commodiores transeant. Certe inter paucos menses misera Albanensis Ecclesia quater mutavit Episcopos; & Ecclesiae sex Cardinalitiae, quae omnibus aliis dignitate praestant, cura & diligentia pastorali omnibus aliis cedunt, praesertim hoc tempore, quo tres illarum sponsos habent polygamos, & in alterius sponsae ditioris amplexibus occupatos, tres vero reliquae Sponsos habent ita confectos aetate, vel morbis, ut de bona educatione filiorum, ne dicam generatione, omnino desperent.

Sexta res est Episcopatuum resignatio sine legitima caussa. O
Nam si tam est arctum, ac pene insolubile vinculum inter Episcopum, & Ecclesiam, ut Canones docent, unde fit, ut tam facile vinculum istud quotidie solvi videamus? Alii retentis fructibus Ecclesiam resignant, ac si quis uxorem repudiet, & dotem retineat. Alii divites ex reditibus Ecclesiae jam effecti renuntiant

Episcopatui, ut ad majora viam sibi aperiant. Alii nepotibus sedem renuntiant, ut specie renuntiationis hereditate possideant Sanctuarium Dei. Alii malunt in Romana Curia Referendarii esse, vel Clerici, quam extra Curiam Sacerdotes magni; alii denique caussantur aeris insalubritatem; alii proventus exiguos; alii Populi proterviam; sed Deus movit, an istae justae sint caussae resignationis, & utrum ejusmodi Episcopi quaerant, quae sua sunt, an quae Jesu Christi.

Haec sunt, Beatissime Pater, quae mihi hoc tempore suggerenda Sanctitati vestrae esse videbantur, ut conscientiam meam hac in parte exonerarem; quae sicut a me sincero animo scripta sunt, ita benigno vultu ut a Beatitudine vestra legantur, cum omni revertentia & demissione etiam, atque etiam precor.

Sanctitatis Vestrae Servulus
Robertus Card. Bellarminus.

Responsiones Summi Pontificis.

A HOc quoque nos terret, sed cum corda hominum soli Deo pateant, nec possimus nos, nisi homines eligere, duo exempla *aliquando* nos consolantur. Primum quando D. N. Jesus Christus elegit XII. Apostolos praevia pernoctatione in oratione, quod nescitur (1), an in alia occasione fecerit, & nihilominus inter illos electos unus fuit **Judas**. **Aliud exemplum est**, quando **XII.** Apostoli pleni omnes Spiritu Sancto septem elegerunt Diaconos, inter quos unus fuit Nicolaus tam insignis postea haereticus, quae exempla pro sua infinita bonitate putamus Deum omnipotentem pro consolatione eligentium in Ecclesia reliquisse.

B In hac prima re, sive in hoc primo capite fatemur nos peccasse, & peccare, sed plerumque in caussa est difficultas inveniendi personas idoneas (2). Et quamvis saepe multi nobis proponantur, cum tamen per nosmetipsos nequeamus sumere informationes, & plerumque experti simus illos, quibus hanc curam demandavimus, nos vel decepisse, vel ipsos ab aliis deceptos fuisse, tutius aliquando putavimus, memores sententiae S. Paulli, *cito manus non imponas*, differre, ne decipiamur. Et tamen recordamur, tempore etiam Magni Gregorii adfuisse Ecclesias, quae diu vacabant, & hac de caussa ipsum solitum fuisse uni Episcopo aliam commendare, ut interim curam illius haberet.

Sci-

(1) B. E. Nescimus. (2) B. E. Pastores idoneos.

Scimus hoc, & quantum in nobis eſt, ſemper prae oculis habemus providere Eccleſiis, non autem perſonis, niſi quando & Eccleſiae, & perſonae aeque provideri putamus. C

Haec ſententia vera eſt, ſed ſi de dignioribus eſt agendum, numquam providebitur Eccleſiae, quia neſcimus modum, quem tenere poſſumus, ut ſciamus, quis dignior ſit. D

Quoad iſtos Epiſcopatus inferius dicemus.

Hoc etiam torquet nos, quia ſi nolumus dare Epiſcopatus petentibus, vel iis, qui nobis ab aliis proponuntur, neſcimus quomodo poterimus Eccleſiis providere praeſertim Eccleſiis non ita magnis, & parvi reditus, & ſi D. V. ſcit aliquem modum, libenter audiemus, & amplectemur. E

Iſta poſſunt dici, ſed cum ad praxim devenimus in magnas incidimus difficultates. F

In hoc fatemur peccaſſe, quia nimis facile indulſimus Epiſcopis, ut poſſent Romam venire, & difficile Roma expelluntur. G

Antea ſi D. V. vult recordari, fortaſſe unus, prout dicitur, pro mille (1) non reſidebat. H

1. Geſualdus occaſione litium, & fortaſſe ſcit D. V., ſi magis expedit, ut reſideat, vel non.

2. Veronenſis habet Coadjutorem.

3. Tractat de reſignando, & eſt Theologus.

4. Venit occaſione Anni Sancti.

5. Scit Dominatio V. turbas, quas habet in ſua dioeceſi.

6. Infirmitas eſt in cauſa.

7. Reſidet, quia Eccleſia eſt in provincia quam regit, & ſaepiſſime eſt in Eccleſia.

8. Nunc redit ad Eccleſiam, & paucos habet parochianos (2).

9. Tuſcus reſidet, quia qualibet hebdomada poteſt eſſe Tibure in ſua Eccleſia.

10. Oſſatus ob negocia Regia.

Quoad Nuncios putamus, decentiſſimum eſſe, ut Nuntii ſint Epiſcopi, quia Epiſcopis imperant, & majoris auctoritatis ſunt apud Principes, & populos, & niſi tanta hominum penuria laboraremus, citius mutaremus. I

Quoad eos, qui politicos Magiſtratus gerunt, ſi agitur de his, qui in ſtatu Eccleſiaſtico gerunt Magiſtratus, non eſt in toto Statu Eccleſiaſtico, niſi unus in Romandiola, alter eſt Epiſcopus Cameri- L

(1) B. E. Pro decem, pro mille. (2) B. E. Accedit ad Eccleſiam, & populos habet pauciſſimos.

merini, Prolegatus in provincia Marchiae; ita ut fingulis diebus, nedum fingula hebdomada poffit effe in fua Ecclefia, & quafi fingula hora in fua dioecefi.

Re vera nos nifi Nuncios diu abfentes non retinemus, quorum mutatio non ita facile ob magna, & principalia negotia fieri poteft.

M Quoad iftam polygamiam, ifta non videtur, nifi in iftis fex Epifcopatibus Cardinalitiis, circa quos nihil immutandum duximus, cum a praedecefforibus noftris etiam poft Concilium Tridentinum res haec examinata fuerit, & ita conftituta, & turbare ordinem Collegii, & redarguere facta Praedecefforum noftrorum, & tot Cardinalium, non vifa fuit nobis res, quae fine fcandalo fieri poffet, quomodo cognofcet D. V., fi mature fuper hoc confiderabit.

N Nos cum difficultate transferimus. Quoad fex Epifcopatus Cardinalitios, diximus fupra. Quoad Hifpanos Epifcopatus, cogitet D. V., fi nunc Regi haec facultas tolleretur, in quantas incideremus difficultates, circa tamen hoc non defuimus monere Regem, & per nos, & per Nuncios noftros.


O Has refignationes difficillime admittimus, & regulariter non nifi examinatis cauffis in Congregatione rerum Confiftorialium, & aliquando admittimus ob ineptitudinem Refignantium.

Haec pauca (1) ita curfim diximus, non ad excufandas excufationes in peccatis, fed ut ipfa potius mifereatur difficultatibus, quibus impliciti in has aerumnas incidimus. Fatemur enim nedum in iftis, fed in aliis multis, immo in omnibus peccaffe, & in nulla re muneri noftro fatisfeciffe, nec fatisfacere. Roget ergo Deum omnipotentem, vel pro fua Divina, & efficaciffima gratia nobis opituletur, vel quod magis optamus, nos ab hoc mortali vinculo abfolvat, aliumque fubroget, qui omnibus numeris officium fibi injunctum abfolvat.



VE-

(1) B. E. Paucula.



VENERABILIS CARDINALIS

CAESARIS BARONII

EPISTOLAE SELECTAE.

EPISTOLA I.

FRANCISCO MARIAE TAVRVSIO. (*a*)

Primum Annalium volumen jam in eo esse, ut typis subjiciatur. Ejus indicem, quoniam ipse non possit, petit, ut Patres Neapolitani conficiendum suscipiant.



Iccome mi è spiaciuto, che il nostro M. Francesco stia in questo termine di passare a miglior vita, così son rimasto consolato in haver udito la sua bona dispositione. Io ho detto la Messa al' Altare privilegiato per la sua anima, nè mancarò ogni mattina recordarmene nelle mie Messe quotidiane. Delle sue cose ne ho parlato a Gio: Battista, al quale ho ancora data la vostra lettera. Lui farà quanto bisogna.

Mi è parso far intendere a V. R., come il primo Tomo delli nostri Annali se comincierà a stampare lunedì prossimo nel nome del Signore, lo stamperà Domenico Basa, qual ha havuto da Sua Santità

In quanto al negotio di S. Severino ne ho parlato col P. Angelo. Credo sappia, che (come fin quì ho sperimentato) le mie raccomandationi sono di poco momento, parendo a loro non dover dar adito, che nessun Prelato domini la Congregatione: sicche non si maravigli, che non sortischino effetto le mie petitioni. Altro non mi occorre, che salutar tutti nel Signore, & raccomandarmi alle orationi di tutti. Di Roma li 27. di Gennajo del 1601.

EPISTOLA CXXVII.

EIDEM.

Narrat de Sacerdotio Canusino abdicando, quo loco res essent.

Circa delle Colonne, qualunque sia il prezzo, Nostro Signore vole, che se investischi in beneficio della Chiesa, come hò scritto.

D. Santi mi fece molto maravigliare, che offerendogli io la prepositura senza penzione per lettere, & venendo lui per questo in Roma, poi si mostrò tanto alieno, che ancorchè io lo pregassi molto, & lo facessi pregare dal P. Angelo suo Confessore, mai si potè indurre ad accettarla per rinuntia. Io che con gran pena porto questo peso alle spalle, non possendo visitare, cominciai a pensar in altro, & mi sovenne d'un bon Servo di Dio Parochiano quì in Roma, homo di quel Paese, cioè lontano venticinque miglia, qual hò recercato per tal effetto. Lui stà commodo in Roma, fruttando la sua Parochia ducento cinquanta scuti, qual pensa lasciarla libera al P. Giovanni da Lucca (*a*) per eriggere una Casa, & con questo si contenta della prepositura, & così stiamo sopra l'acconciar questi negotii. Sicchè D. Santi si deve doler di se stesso. Altro con questo non mi occorre, che offerirmegli.

Man-

(a) Joanni nimirum Leonardo, Congregationis Clericorum Regularium Matris Dei Parenti, ac conditori. De quo vide to. 2. p. 150. hujusce nostrae Baronii operum collectionis.

Mando il Cranio di S. Basilio, mandato a Sua Santità da Constantinopoli da persone fidate, del quale mi par dovere far partecipe la nova Chiesa di Napoli. Dio la guardi. Di Roma li 3. di Febraro 1601.

EPISTOLA CXXVIII.

E I D E M .

Agit de Oratorio (quod quidam cupiebant) apud Sanseverinates aperiendo.

AL tempo, che io aspettavo il P. Tomaso, & già gli havevo provisto di stantia, mi scrive una sua di non voler venire, nè stare in Corte. Me ne rincresce, che resti a loro questo peso, qual volentieri harei preso per servizio della Congregatione. Io non gli rescrivo; per dargli ad intendere quanto ciò mi sia dispiaciuto di non voler accettar di star meco, non come Servitore, ma come Fratello.

Circa del loco di S. Severino, a questi giorni venne il P. Angelo in Casa, & trovò, che Sua Santità passeggiava per la galleria, & così hebbe commodità di parlargli. Il suo argumento fù questo, che la mente del beato Padre fù di non pigliar lochi novi, allegando sopra di ciò molti inconvenienti, quali da questo nascevano. Però Sua Beatitudine se ben disse esser vero, questo esser stato il spirito del beato Padre, però che in quelche ci posseva compiacere, che l'harebbe havuto a caro, & in questo si è restato fin hora. Io sarò Domenica a sera quanto V. R. mi scrive, & gli mostrarò il rescritto del Papa fatto in un memoriale datogli a questo effetto, credo dal Card. Pallotta. Farò opra, quanto sarà a me possibile, che (come lei scrive) almeno ivi si mandi uno a disponere le cose. Altro non mi occorre, che offerirmegli, & salutar tutti nel Signore. Di Roma li 24. di Febraro 1601.

EPI-

EPISTOLA CXXIX.

EIDEM.

Gaudet, Patres S. Barnabae loco Patrum Oratorii domicilium in oppido S. Severini constituturos.

MI par, che Dio benedetto molto meglio habia provisto alla Casa di S. Severino di quello, che fin hora è stato, havendo inspirato, che li Padri della Congregatione di S. Barnaba la piglino, & ivi tenghino una Casa formata di maggior numero, che mai sia stata, & forsi anco farvi un novitiato, il che di bona voglia hò soggerito a Nostro Signore da parte de nostri Padri, quali di ciò mi hanno pregato. Sicchè cessaranno hormai le spesse querele, & inquietitudini inevitabili, & Dio sarà più servito, & il populo più ajutato. Altro non mi occorre, che salutarla nel Signore, & raccomandarmi alle sue orationi, & di tutta la casa. Di Roma lì 24. Giugno 1601.

EPISTOLA CXXX.

PATRIBVS ORATORII NEAPOLITANI

CAESAR CARD. BARONIVS.

Oratorii Neapolitani Patres laudat, hortaturque, ut in eo, quod bene coeperint, perseverent.

HO visto quanto mi hanno scritto con molto mio contento, nè posso rispondere altro, che dire con S. Paulo: *Sic state in Domino, Charissimi. Scitis quae praecepta dederit vobis* quel che al'età nostra hà bene espreso in se con la sua charità la persona di S. Paolo, dico il P. Francesco Maria, hoggi colonna nella S. Chiesa. Mi sono edificato non solo del zelo della bona osservanza, ma ancora della lor modestia, con la quale la procurano; il che mi dà certamente a credere, che questo sia spirito di Dio: perchè *quae desursum est Sapientia, primum quidem modesta, pudica &c.* Attendino dunque a conservar questa unità di spirito *in vinculo pacis*, che me haverete sempre servo cooperatore nel bene, desideroso participar anco de lor meriti. Dio, qual gli hà chiamati tutti a questa forma di vita, gli conservi da bene in

in meglio. Saluto tutti, & chiedo humilmente gli preghi di tutti. Di Frascati li 8. Ottobre 1601.

EPISTOLA CXXXI.

E I D E M.

Significat, Pontificem litanias, quae publico Ecclesiae usu receptae non sint, usurpari vetuisse, & quatenus.

CIrca delle prohibite litanie, si è stata la causa, che ogni persona a suo senso, & gusto hà fatto nove litanie, talche se ne ritrovano sin al numero di ottanta. Per il che è stata forzata Sua Santità a levar dalla Chiesa questa nova presontione di prescrivere publiche orationi a fideli, non vietando però, che nella sua Camera in secreto ciascuna persona ori secondo la sua particular devotione. Sicchè non vi è speranza, che Nostro Signore concedi al publico quel, che non è passato per publica confirmatione della S. Sede Apostolica. Altro non mi occorre, che offerirmegli di bon core. Di Roma li 24. di Novembre 1601.

EPISTOLA CXXXII.

E I D E M.

De Annalium volumine, quo loco ejus editio esset; de Fratris filiabus, quot adhuc, quibusque in Collegiis publice Sacramento sese Deo devoverint, vel Sanctimoniae habitum induerint.

NON scrissi l'altro ordinario a S. R. per le mie occupationi. Me perdoni, & non lo pigli in sinistra parte. Ho recevuto gratamente quel Signore Napoletano raccomandatomi con la sua, & fatto per suo servitio quel che ho posuto; & così son per fare per l'avvenire. Circa le cose nostre, questa settimana si finisce dar alla stampa tutta l'Opra. Vi manca l'Indice, & la prefatione. Se dedica con bona occasione all'Imperatore, come vedrà. Finita, che sia di tutto ponto, se manderà la lor parte solita. Intanto sian recordevoli pregar Dio per me. Non lassarò fargli partecipe, come Dio benedetto hà talmente infuso il spirito suo alle mie nepoti, che con gran risolutione, & molta probatione hanno eletto già tutte esser religiose, & fin quì otto ne sono in S. Reli-

 gione

gione in diversi monasterii di Roma da lor eletti per gli più santi: cioè tre in Santa Maria Madalena fundato da V. R., & due in S. Maria, una in S. Susanna, & due in S. Giuseppe, novo monastero delle Carmelite scalze di Spagna della B. Matre Teresia, di grande osservanza. Questa settimana han fatta la professione due, & una preso il S. habito. Sicchè *Magnificate Dominum mecum*. Me ne rimangono ancor tre, quali di minor età si allevano in detti monasterii. Non dubito punto, che non habbiano da far l'istesso. Le ho trattate bene in dargli più dote di quel che soglion far gli altri: cioè mille di dote, & di .... trecento, senza altre spese. Son stato forzato mettermi in debito, del quale sperarò di reuscire presto. Alcuni Illustrissimi mi hanno favorito in trovarsi presenti a queste nozze spirituali. Io pregato da loro ho fatto in ciascuna festa il sermone. Torno a dire: *Magnificate Dominum mecum*. Saluto tutti nel Signore. Di Roma li 12. Mag. 1602.

EPISTOLA CXXXIII.

E I D E M.

Locum in Annalibus indicat, in quo ad Urbis Neapolis laudes digreditur. Quo pacto se cum iis, qui sibi conjunctissimi sunt gerat.

HO visto quanto scrive V. R. circa le laudi della Città di Napoli. Mostra non haver visto quanto historicamente, & senza adulatione se ne scrive nel foglio 506., dove più gloriosamente con l'autorità di Pietro Diacono si parla delle lodi di detta Città, qual prego, che vediate, & divulghiate a cotesti Signori. Circa del dono, che si pretende da Padri dall'Imperatore, io non pretendo niente, nè aspetto cosa alcuna. Se pur cosa alcuna venisse, mi ricordarò della benedetta casa di Napoli. Circa della cassa, qual vien mandata da Sicilia, vorrei che V. R. come da per se disingannasse quel gentilhomo, qual dice esser della casa Baronia, che per questa via non pretenda cosa alcuna, che nè pur li miei più stretti parenti possono haver altro, che il strettissimo vitto. Altro non mi occorre. Dio lor guardi tutti. Di Roma li 16. Novembre 1602.

EPI-

EPISTOLA CXXXIV.

EIDEM.

Talpam monet, ut aliquid de ſeveritate, quae nimia quibuſdam videbatur, remittat.

CON la preſente in reſpoſta delle ſue gli replico le bone feſte, & inſieme a tutti i Padri di caſa. In quanto della fabrica, non poſſo non allegrarmene. Sebbene mi .... il dolore, di non eſſer fatto degno di poſſerla almeno vedere, ſe non godere per gli peccati miei. Credo, che a proportione molto più deve attendere alla fabrica ſpirituale: altrimente ſaria grave errore ſolo edificar pietre morte, & non pietre vive. Quì ſi da nova della ſua troppa auſterità, & infleſſibilità. Credo, che venghi tal credenza da perſone tentate. Però perfectione è, *Supportare infirmos, & conſolari puſillanimes*. Non dirò altro, nè a queſto voglio, che me reſpondi: perchè ſempre ſenz'altro devo dar ragione al Prelato. Preghino Dio per la cauſa comune, qual va al peggio, che poſſi andare. Et ſe Dio non ſuſcita gli Santi ſuoi a far novi, & maggior, & più evidenti ſegni, ſaremo per receverne una bona mortificatione. Altro non ſcrivo. Preghino Dio per me. Dio ſia ſempre con loro. Di Roma li 21. Decembre 1602.

EPISTOLA CXXXV.

EIDEM.

Quo pacto Annalium Epitome conficienda ſit, ne ipſorum Annalium velut luminibus officiat. De duplici eorumdem epitoma, quae hactenus lucubrata eſt.

IN quanto ſcrive del'Epitome, ſono ſtato alquanto ſoſpeſo: havendomi V. R. ſcritto, che ſaranno più copioſe di quelle di Venetia, & moſtratomi, come poco verrebbero diminuite. Onde non parmi, che tenghino il loco di Epitome, ma di Annali iſteſſi, ridotti nelle coſe più neceſſarie, reſecate alcune coſe, che foſſino parſe ſuperflue; il che in vero non mi par, che poſſi cauſar altro effetto, che eſtinguere gli detti Annali. Io ho dato licentia non ſolo al Geſuita (a) di epitomare, ma ancora ad un litterato Francese,

(a) Joh. Gabrieli Biſciolae Mutinenſi, de quo vide tom. II. pag. 70. Sed & de ceteris epitomarum auctoribus conſule, ſi tanti rem eſſe putas, quae ſcripſimus in Baronii Vita lib. I. cap. XVIII.

cele, quali veramente hanno epitomato, cioè di dieci tomi fattone dui, il che non ha possuto portar pregiudicio al principale. Onde la prego a pensar meglio al fatto, nè correre a furia in cosa così importante: havendo ad esere il principale scopo di chi compendia, lasar con reputatione il principale, nè snervandolo lo reduchi in vilipeso. Però la prego non se ne facci altro, finche questo negotio non sia più maturato con tutte le considerazioni, che bisognano, La prima conditione, quale è stata posta al Gesuita, & al Francese, si è che attendino alla brevità, altrimenti gli sariano stati proibiti, & così han fatto. Et di questo proposito non sono per partirmi: & mi maraviglio, che questo istesso non sia considerato da V. R., qual sempre ha tanto favorita quest'Opera. Altro non mi occorre. Dio sia sempre in suo ajuto. Di Roma li 10. di Gennaro del 1604.

EPISTOLA CXXXVI.

EIDEM.

Significat, rescripsisse se cuidam ex S. Benedicti familia super S. Gregorii monachatu, idque opus Antonii Gallonii nomine in lucem prodiisse.

Circa l'undecimo tomo delli Annali, nel principio di Quaresima sarà in ordine per darsi in stampa. Saria cominciato questo Gennaro, se non fussi stato impedito per rispondere a un libro di un Monaco Benedettino contra quello, che io hò scritto del monacato di S. Gregorio, qual fatiga mi hà tenuto occupato da mezzo Decembre in quà, qual fò che passi sotto titulo del P. Antonio Gallonio *(a)*. Già stà nel fine, & mandarò la lor parte quest'altra Settimana. Altro non mi occorre, che salutar tutti, & raccomandarmi alle orationi loro. Di Roma li 4. di Febr 1604.

EPI-

(a) Hic est Apologeticus liber Ven. Card. Baronii nomine Antonii Gallonii Congreg. Orat. Presbyt. *Pro assertis in Annalibus Ecclesiasticis de Monachatu S. Gregorii Papae adversus D. Constantinum Bellottum Monachum Cassinatem, cui accedit responsio de iisdem ad alium ejusdem Ordinis Monachum. Romae ex Typographia Vaticana. M. DC. IV.* Jam de Antonio Gallonio videatur P. Jacobus Ricci in Vitis Primorum Sociorum S. Philippi, & Janus Nicius Erithraeus in Pinacoth.. Ejus multae Lucubrationes, quae in lucem proferendae essent, Mss. in nostra Biblioth adservantur, quas modo non vacat recensere.

EPISTOLA CXXXVII.

EIDEM.

De Annalium Epitome ab Archiepiscopo Avenionensi lucubrata.

A Questi giorni ho ricevuto alcuni fogli stampati dal Rmo Arcivescovo di Avignone del compendio degli Annali, insieme con una Sua, con la quale mi dà conto della sua fatiga da Sua Signoria Rma fatta nel compendiare gli Annali (il che doveva far prima) dicendomi di aver ridotto tre tomi di essi in uno, & così de mano in mano haver seguitato fin alli anni del Signore 700., sperando mandar a perfettione detta sua fatiga. Hora perchè il prohibirla saria far un inimicitia scoperta, non mi è parso far altro, che lassarla fare. In tanto acciò V. R. non si possi lamentar, che habbia concesso ad altri quelche ho negato a loro; mi è parso con questa avisarla, come da me non haranno alcuna resistenza di stampar l'Epitome in tre tomi. Faccino pur con la benedittione di Dio quel che loro pare, che il tutto aggradirò. Et intanto preghino Dio per me. Di Roma li 28. di Febraro 1604.

EPISTOLA CXXXVIII.

EIDEM. (a)

Librum de Siciliae Monarchia confecisse. Stili aculeum, quod ita sibi faciendum visum esset, exeruisse. Immutasse quaedam tamen ipsius Talpae admonitu. Sperare hanc, quam sequutus esset in scribendo rationem, bene animae suae rebus cessuram.

NOn scrissi la Settimana passata per impedimento del ritorno da Frascati. Hora circa della Scrittura sopra la Monarchia di Sicilia deve sapere, che Pio V. mandò per questo il Card. Alessandrino in Spagna, & Gregorio XIII. trattò questo negotio per il

(a) Hanc Epistolam editam habes tom. 2. p. 159. Nos tamen ex exemplari, quod ad ipsum Talpam missum est, quodque Neapoli servatur, curavimus hic recudendam; quod eam aliquot partibus auctiorem animadvertimus; id quod utrumque exemplar contendenti patebit.

il Nunzio Facchinetti, che fù Innocentio Papa, nè mai se ne potè cavar costrutto, dando sempre il Rè passato parole, quali relationi tutte sono appresso di me, di modo che senza questa mia, sono però corse molte scritture di questa materia in Spagna, nè hanno profittato niente. Hora con la occasione necessaria di trattar questa materia, mi è parso dovere trattare con ogni studio, & arte, & con tal stilo aculeato, come che così convenghi a un Cardinale di S. Chiesa, a cui tocchi ciò per officio, & non parlar fra denti (a). In tutto ciò per compiacere al giuditio di V. R. ho mutato il principio, & alcuna cosa di esso di drento, acciò sempre sia riservata la riverenza, qual si deve alla Maestà Regia. Deve saper di più, che l'hà vista Sua Beatitudine, alla quale è parso, che si debba stampare, mitigata alquanto, come ho detto, il medesimo è parso ad alcuni Illmi, il che fò molto volentieri, sperando senz'altro, da questo riceverne utile non mediocre per salute del'anima mia, di conservarmi in grado humile, dando tal occasione a Spagnoli di mostrarmesi contrarii ne Conclavi, se pur vi arriveremo, il che non è di poca importanza, ma questo riflesso sia tenuto in secreto da V. R., alla quale ho voluto mandare detta scrittura, per intendere come possi esser ricevuta in Napoli, & tutto il Regno, non per distogliermi dalla promulgatione di essa, qual è con volontà di Sua Santità. Et per questo consideri, se è bene, che loro distribuiscano questo scritto, come gl'altri a suoi Amici, acciò non ne riportino danno, ò se io l'ho da far per altra terza persona; del che desidero essere avisato.

In quanto il P. Flaminio habbia scritto di levar il commercio caritativo del'hospitalità, sappia, da me essere stato dissuaso con molte ragioni, & detto, che almeno, quando si havesse havuto ciò a fare, che ora non era tempo in modo alcuno. Ma mi è rincresciuto, che così sia proceduto. Finche io son vivo, mi offerisco gli mesi, & gl'anni ricevere lor Padri in Roma, & servir in ogni occorrentia. Altro per hora non mi occorre. Saluto tutti nel Signore. Di Roma li 7. Novembre 1604.

EPI-

(a) Hoc quidem nomine cum multis Ven. Cardinalis lucubrationem hujuscemodi suam non ita cumulate approbavit, tum unus omnium maxime repertus est, ex Cardinalium Collegio vir & generis nobilitate praestantissimus, & litterarum laude non ignobilis Ascanius Columna, qui illud opus datis ad Baronium litteris multis partibus sugillavit; Cui tamen Baronius aeque prolixam Epistolam rescripsit, qua suum factum egregie excusavit. Utramque Epistolam habes tom. 2. a pag. 165. ad 202.

EPISTOLA CXXXIX.


E I D E M.

Significat, acturum se cum Pontifice, ne quis amplius epitomen suarum Annalium conficiat.

PER non tenerla sospesa con l'animo, s'io non mando li terni, si è perchè ho inteso, che si attende al' Epitome già da me in modo alcuno ricevute per trapassare il termine del Compilatore. Già ve ne sono due Compendii, l'uno del Gesuita, l'altro di un Dottor Parigino, quali son modesti, & restretti in breve summa, & non di quelli fattone un altro con poco mutare. Io per levare queste contese farò fare un Breve da Sua Santità, che non si tocchino gli Annali con altre Epitome: essendone fatte già due in latino, & due altre, l'una in lingua Tedescha, l'altra in lingua Polacca. Prego pigli in bona parte il tutto, che così parmi far cosa di giustizia conforme alle sacre leggi. Dio sia sempre in suo ajuto. Di Roma il 1. di Giugno 1606.



CLA-



CLARORVM VIRORVM AD VENERABILEM CAESAREM BARONIVM S. R. E. CARDINALEM *EPISTOLAE SELECTAE.*

EPISTOLA I.

CAESARI BARONIO.

CAROLVS SIGONIVS. (a)

Lucubrationes suas a Baronio laudari gaudet, quem ipse vicissim laudat; seque ut in amicorum numerum recipiat, rogat.



GIA da molti dì sono ho inteso da molti della molta virtù, & valore di V.S., & specialmente dello studio, che ella pone nella notitia delle cose Ecclesiastiche, nel quale ella eccelle. Ond' io l'ho cominciata ad amare con quello affetto, che la virtù medesima si suole amare. Poscia di nuovo mi si è aggiunto un vincolo non dirò più stretto, ma più particolare ad amarla. Poichè io per lettere d'amici ho inteso, come ella per sua cortesia mi ama, & lo-

S

(a) Carolus Sigonius Mutinae natus anno Sal. 1523., vel 1524. (ut conjicit ejus popularis Ludovicus Ant. Muratorius) graecas, latinasque litteras Mutinae, Venetiis, Patavii,

& loda le mie scritture contutto che poco meritevoli del testimonio suo. Il che ultimamente mi è stato confirmato dal Signor Agostino Cusano (*a*). Onde io sono stato sforzato a scriverle queste quattro parole per ringratiarla, & farle sapere, che tutto ciò mi è stato sopra modo grato. Percioccbè premio maggiore non aspetto delle mie fatiche, che un testimonio così honorato, come è il suo. Per la qual cosa voglio pregarla a ricevermi come suo, ò come dedito alle medesime arti, ò come beneficato da lei, ò come naturalmente amico a tutti i pari suoi. Desidero sapere, se per avventura Monsig. Illustrissimo Sirletto (*b*) le havesse mostrati tre libri più tosto bozzati, che scritti da me dell'historia Ecclesiastica (*c*), & ciò che ne le pare liberamente, come tra Christiani, & amici si de' procedere, & all'incontro le offerisco ciò che io posso per se, & per gli amici suoi. Le bascio la mano. Di Bologna li 23. Novembre 1579.

EPI-

vii, Bononiae magna eloquentiae, atque interioris cujusdam Doctrinae fama publice professus, in patria moritur anno 1584. Vir fuit vere doctus, atque ab omnis generis antiquitatum notitia clarissimus; *Ob cujus libros*, inquit is, quem paullo ante nominavi, Muratorius, *Mutinensis civitatis*. Addere potuit & *Italiae*: vera enim praedicasset, *fama illustrior ad remotas Europae oras*. *& ubicumque fuat in pretio litterae latinae pervasit*. Sed tanti viri nomen, & in litteras merita notiora sunt, quam ut longiore oratione persequenda hoc loco sint. Interim lectorem, si quis harum rerum curiosior in haec nostra incidat, ad Vitam a Muratorio conscriptam amandamus, quae edita habetur Tom. I. Operum Sigonii edit. Mediol. 1732.

(*a*) Qui cum Sigonio, & Baronio amicitia junctus erat, cuique jam Cardinali Baronius, B. Philippi suasu, alteram in III. Annalem praefationem inscripsit, quam vide tom. I. pag. 285. horum Opusculorum.

(*b*) De Sirleto supra nos tom. 2. pag. 175.

(*c*) De hoc Sigonii opere, quod quidem aut penitus intercidit, aut in Bibliothecarum adhuc forulis, magno certe litterariae Reipublicae damno delitescit, haec excerpenda duximus ex Corollario, quod Sigonii Vitae ab se conscriptae Muratorius adtexuit. *Habeo tunc illum testem*, (haec Muratorius, significatque Alexandrum Capraram Soc. Jesu, Sigonii Discipulum, & amicum, quem idem Sigonius librorum suorum, & Mss. omnium heredem instituit) *non parum insudasse Sigonium in contexenda Historia Ecclesiastica, quod pensum ei imposuerat Gregorius XIII. P. M., & quidem eo successu vir impiger ejusmodi studiis sese tradiderat, ut tribus ante illius mortem annis spes esset Caprarae publicis typis Historiam hanc fore propediem tradendam*. Et paullo post: *Praecipua P. Alexandri Caprarae cura fuit inter Sigonii libros eamdem Historiam Ecclesiasticam conquirere, cujus nempe pretium norat a nulla aequari ex illius postumis lucubrationibus. Sed quem exitum tot conatus habuerint, prodit ipse in litteris Mutinae exaratis, ac missis Bononiam ad Hieronymum patrem suum XIII. Kal. Novembres Anno 1584. Non mancherò* (ita scribit) *di dire a V. S., che fin quì non si truova l'Istoria Ecclesiastica, la quale però è delle cose più importanti, che abbia lasciato il Sigonio. E per averla dalle mani di chi per avventura la tenesse nascosta, bisognerà valersi di que' mezzi, che s'adoprano in tali casi*. Et paucis post versibus: *Mihi etiam sub oculis versatur Catalogus librorum Sigonii a supralaudato Comite, ac Senatore Ursio ad me missus, & paucis a Sigonii morte mensibus scriptus, in quo post libros editos haec adduntur*: Hi libri sunt in lucem editi. Isti autem adhuc in tenebris sunt involuti. *De Regno Italiae libri V. Historiae Bononiensis libri XI. Vita Andreae Doriae libri* II. *Historiae Ecclesiasticae libri* VIII. *Verum, ut ex elogio infra edendo constabit, rescivit demum Caprara, Sigonianos Ecclesiasticae Historiae libros Bononiae correptos, atque ad manus Pontificis Maximi delatos Romae conquievisse*. Hactenus Muratorius.

EPISTOLA II.

CAESARI BARONIO.

CAROLUS SIGONIUS.

Baronium laudat, ejusque censurae, ac judicio suos de Ecclesiastica Historia libros subjicit.

IO non voglio, che procediamo fra noi, come si suole fra i più, con dissimulationi Socratiche, abbassando noi medesimi, & inalzando l'amico per modo di creanza; ma parliamo alla reale. Io adunque stimo infinitamente la virtù, & bontà sua. Senta pure, come ella vuole di se medesima; & se ella ha così fatta opinione di me, ò vera, ò falsa che sia, me ne rallegro molto. Perciocchè questo è il premio delle fatiche nostre, per mio giudicio sufficientissimo, con tutto che non ne seguitasse altro commodo, che la buona opinione. Perciocchè stimo adunque oltremodo il giudicio di V.S., desidero, che ella si faccia dare in mio nome da Monsignor Illmõ Sirletti quei miei tre libri dell'Historia Ecclesiastica (a), & gli legga. Et più si degni avisarmi in generale, & in particulare ciò che gli pare, che si debba in essi alterare per migliorarli. Et di questo gl terrò obbligo in eterno, pregandola a comandare anche a me, in che io spenderò volontieri ogni opera, & studio mio. Le bascio le mano. Di Bologna li 18. Dicembre 1579.

EPISTOLA III.

CAESARI BARONIO.

WILHELMUS LINDANUS. (b)

Certiorem Baronium de reditu in suam dioecesim facit, & quo loco Religionis res ibi offenderit.

HEsterno vespere, mi D. Caesar charissime, nostram ad Dioecesim salvi pervenimus. Christo Domino gratia immortalis, qui tot per pericula incolumes custodivit, domumque reduxit.

S 2 Gre-

(a) Corrigendus ex hoc loco Muratorius in Corollario ad Sigonii Vitam, ubi de varia, incertaque hujusce Sigonianae Lucubrationis fortuna.

(b) De Lindano vide quae innuimus tom. I. pag. 171. Eidem Baronius, ut amicitia, quae inter utrumque intercedebat, ipsaque adeo veritas postulabat, plenum testimonium reddidit in Annal. Eccl. ad an. 440., num. 7.

Gregis nostris calamitas major est, proh dolor! quam ut possit paucis verbis depingi; in quem quotidianas, & praedas, & incursationes infestissimas agunt Dei, ac gregis hostes. Unde fit, ut Pastores nostri admodum pauci suis modo adsint ovibus, quod quidam eorum aut capti sunt, aut profligati; alii crudelissimas eorum effugere manus, alii in eos illapsi, aut abducti, male fuere mulctati. Unus omnium .... ceteros praecisis manibus jugulatus apud Juliacenses in Silva, quod adversarii suae in Clericos tyrannidis pudibundi asserunt, a Magis patratum; qui suis diabolicis in mysteriis tales solent adhibere infandas reliquias; ut & alias est a nobis deprehensum: sicuti & non defuere, qui Sacerdotum corda circumgestabant, ut artibus sathanicis fierent invisibiles. Sed his malis modum nunc a Deo tandem propitio sperare licebit, quod Castra in has transire incipiunt provincias ad rapsodicas Anglorum, & Scotorum colluvies disjiciendas, & inermes furum manipulos in crucem agendos,

Hinc recta Neomagum tendimus medios per hostes, Regis praesidio freti, sed Christo Domino tuti. quem nobis tuis, tuorumque omnium precibus, gratisque sacrificiis pergite reddere propitium.

Obsequia nostra in Christo Jesu semper paratissima offeres Illustrissimis Dominis Cardinalibus S. Severinae, Caraffae, Senonensi, Veronensi, atque Mondivio, Venerabili P. Philippo, totique vestro Collegio, sicuti, & Reverendo viro .... Ecc. Florentinorum Praefecto cum Domino Doctore Hiberno, & sociis salutem cupio in Christo plurimam, rogans, ut nos, nostrosque afflictissimos suis apud Deum commendent precibus, mysteriisque incruentis.

De Romanae visitationis successu, & negotii apud Illustrissimum D. Mondivium, aliisque nobis, ut nosti, desideratis, nos brevi, quaeso, facias certiores.

D. Vossio tuas ad nos trade litteras. Doctiss. VV. DD. Nobilio, D. Fulvio Ursino, DD. Petro Morino, & P. Gelasino cum D. Cano, Franco plurimam in Domino Jesu salutem cupio. Vale nobis, & ornandae Catholicae Christi Ecclesiae diu incolumis.

Trajecti ad Mosam 7. Novembris 1585.

P. S. Quam sit tristis hujus Ecclesiae facies, vel inde solum liqueat, quod Aquas Grani, Antuerpia, & ex vicinia commigrarunt familiae supra mille ducentae: in qua Urbe ita fervet miscellanea illa Sathanae Synagoga, ut vir quidam nobilis mihi narrarit

rit fuiſſe una nocte in ſua platea, in qua diverſabatur, habitas ſcholas Calviniſtarum V., Martiniſtarum duas, Anabaptiſtarum duas. Quid toto igitur oppido? Niſi per Imperatorem occurratur tempeſtive, novam in Belgio videbimus Genevam.

Itaque non habent Calviniſtae Eccleſiam Aquis-Grani, quam ab Imperatore poſtulabant, ſed plurima conventicula, quae quorſum erumpent aliquando, viderint qui Eccleſiae gubernacula ſuae fidei habent credita.

De viſitatoribus per Germaniam mittendis, qui non ſua, ſed quae Chriſti ſunt, quaerant, longus foret ſermo; de quo alias ad alios. Haec parerga boni conſule, quae incitandi zeli tui cauſſa ſubſtexenda putabam, ut & alios iſthic extimules, & ardentiores pro afflictiſſima noſtra Germania preces fundere ne graveris. Iterum vale.

EPISTOLA IV.

CAESARI BARONIO

WILHELMVS LINDANVS.

Significari ſibi optat, quid de Rom. Martyrologii editione, de Breviarii caſtigatione, ceteriſque ad Reformationem facientibus confectum ſit.

SI novo cum anno novis etiam, ut arbitror, flores virtutibus; & tibi, & Eccleſiae Catholicae matri noſtrae gratulor ex animo, Deum ſupplex obſecrans, ut illuſtria iſtiuſmodi verae virtutis atque pietatis eximiae ſpecimina in dies majoribus ornet ſui caeleſtis auxilii incrementis. Quod faxit D. Chriſtus tibi, tuiſque Collegis ad unum omnibus.

Prolixe dudum in S. Adventu Domini ſcripſimus, quas te accepiſſe confidimus per Coloniam.

Itaque vicarias tuas litteras exſpectantes nunc ſalutem precamur. Quoad rerum noſtrarum ſtatum ex patronis noſtri amantiſſimis, nimirum Illuſtriſſimis Veronenſi, Caraffa, & S. Severinae facilius cognoſces, quibus copioſiſſime, ac uti vereor, faſtidioſe noſtratia expoſuimus.... Quae ut tecum communicent, hac net ratione, ſi noſtro cum illis nomine communices, quod tibi ſcripſimus Miraculum illius olim ad mare Rubrum moſaici aemulum; quod & tuis ornabis verbis apud homines noſtri ex animo amantiſſimos.

In horas aveo cognoſcere, quidnam de tuis in Martyrologium

gium Romanum notis effeceris; quod equidem spero nunc isto sub praelo gemere. Interea rogo, & si possum, mandavero, ut primum Annalium Ecclesiasticorum absolvas, praeloque appares, ut Orbis videat, Catholicae Christi Ecclesiae suos non deesse historicos, qui tot habet polyhistoras, inter quos tu quem, meo, sed pusillo judicio, merearis locum, tibi in os non dicam.

Amicis candidissimis, & doctiss. viris D. Morino, D. Latinio, aliis nostro de nomine faustum precaberis annum, & salutem in Domino Jesu, sicuti & Petro Gelasino, & D. Fulvio Ursino, & D. Silvio.

Si quid dignaberis rescribere, trades D. Clementi Subliandeo: ut de successu visitationis dudum inchoatae; item de Romani Breviarii castigatione, & de ceteris ad Ecclesiasticam Reformationem facientibus. Vale diu nobis, & Ecclesiae Dei incolumis.

Ruremundae 9. Januarii 1586.

Auctorem dissimula, ut liberiores audias aliorum censuras. Nam aemulorum isthic mihi satis esse sentio. Unde nec locum in Vaticana bibliotheca tuo impetres amico.

EPISTOLA V.

CAESARI BARONIO

WILHELMUS LINDANUS.

Gentis suae calamitates lamentatur; tum de nonnullis rebus ad rem christianam, & litterariam spectantibus certior fieri cupit.

Tamdiu, Ven. D., vestras exspectamus non tam responsorias, quam consolatorias super crudeli nostra manus Domini plaga, quae ipsa re ut mare magna est, nec immerito, cum Judaeorum more plagis non tam emendemur, quam ad majora ruamus benignissimi Patris offendicula. Itaque ne tuae charitati, Ven. D., assidue pro nobis, nostrisque afflictissimis Christi Domini oviculis orandi, atque apud Dominum pie intercedendi desit hypothesis, talem, obsecro, sibi animo existimet apud Belgas esse populi pecunia emuncti, omnibus spoliati, crudelissime verberati, naribus, auribus, manibus mutilati, caedibus mactati, Regiis tributis oppressi, & tantum non undique omnibus exhausti statum, qualem, opinor equidem, apud nullum retro usque gentium reperias poetam aut histo-

hiſtoricum. Non caeleſtem illam Nemeſin ſuggillo, non Dei Opt. Patris noſtri judicium accuſo, qui non ſecundum peccata noſtra fecit nobiſcum; Sed incorrectam hujus gentis deploro, in primis Cleri, malitiam, quae cum perditiſſimis Judaeis hiſce acerbiſſimis adeo non emendatur plagis, ut potius cum Sodoma, & Gomorrha ſuas magis praedicent iniquitates. Deum in iſtum provocantes XX. annorum indefeſſae punitionis, & ejus omnium acerbiſſimae furorem. Haec ſi ab hoſtibus inferrentur, aequiori ferantur animo; ſed cum a Sociis, immo, ſi Chriſto placet, ab amicis, adeoque noſtro nutritis ſtipendio fiant, quanta hanc ſceleratiſſimam iniquitatem exaſperet acerbitate, nulli obſcurum eſt, cui vel una humani ſenſus, piaeque condolentiae unciola eſt reliqua.

Nos quidem cum Propheta maeſti maeſtum illum Domino plangimus threnum: *Curavimus Babilonem, ſed non eſt curata*. At longe acrius urit illud: *Percuſſiſti eos Domine, & non doluerunt*. Itaque de immenſa Dei miſericordia, veſtriſque piis precibus confiſi ſperamus meliora. Valeat diu incolumis charitas veſtra una cum P. Philippo, ac toto veſtri Sanctiſſimi inſtituti Collegio.

Ruremundae 4. Junii 1586.

P. S. Spes nos optima tenet propediem Oppida non pauca noſtrae Dioeceſeos Regiae obedientiae, favente Chriſto, reſtituenda. Ubi ut majoribus, immo prorſus Paulinis (ſi quis ejus eſſet ornatus ſpiritu) opus erit laboribus, ita & ardentioribus erit vobis incumbendum pro hoc vili ac miſero peccatore orationibus, ut immenſum ſuum in labefactatis, immo eſis Eccleſiis impleat miniſterium.

De Martyrologio tuo avemus cognoſcere, quonam ſub praelis gemendo proceſſerit, & tuis de Annalibus nobis exoptatiſſimis quidnam ſperandum: ſic & de Bibliotheca Illuſtriſſimi D. Sirleti, an alio emigrarit.

Si tuus amicus locum abs te deſtinatum impetrarit, uti optabas, in Vat., per mihi gratum erit cognoſcere; ſicuti & de inſtitutae illhic reformationis ſucceſſu, atque Romani Breviarii caſtigatione, aliiſque ad inſtaurandam avitam pietatem ſpectantibus. Iſta enim dum a vobis laeti cognoſcimus, magno animum piae conſolationis gaudio delibutum in Domino Jeſu inter labores graviſſimos experimur. Congaudet enim Charitas veritati, ac multo magis refloreſcenti pietati.

Quid

Quidnam de illis magnincis Petri Gelasini promissis, Tabula edendorum a se Scriptorum, & Collectorum editis sperandum, significa.

Doctissimis VV. Latinio, Silvio, Flam. Nobilio. P. Gelasino, Reverendo Archidiac. Cameracensi, Petro Morino, Fulvio Ursino a nobis plurimam salutem dices. Iterum vale, Pater Charissime.

EPISTOLA VI.

CAESARI BARONIO

WILHELMVS LINDANVS.

Persequitur, quae in dioecesi perlustranda sibi, suisque acciderint.

QUae suavissimis litteris tuis dudum promittebas, in horas avidissimo exspectamus desiderio, tum agemus, quod erit amici. Gloriosam tibi gratulor de tuis aemulis, doctissimis licet, sed parum aequis victoriam, quos edendis tuis Annalibus facile sine Patrono conteres. Proinde suadeo, ut totus posthac in illos explendos, & non tam verbis, quam rebus expoliendos incumbas, atque VI., aut saltem V. in lucem tomos nobis, piisque omnibus Christianae Antiquitatis amatoribus desideratissimos cito edas.

Nos domum ex Visitatione 3. Opp. per menses V. habita reversi, rebus forensibus constitutis, totos nos absolvendo illi operi contra Pelagianismum per D. Ariam Montanum pertinaciter renovatum impendemus: ubi tua D. Gelasii testimonia erunt usui.

Si quae occurrent alia eodem facientia, per mihi gratum erit, si nobis indicare non gravaberis. Saevissima itinerum ubique infestissimorum, tam ab amicis, quam ab inimicis pericula, Deo eripiente, ac protegente, plurima capitalia, & ea praesentissima salvi evasimus; in quae familiaris meus incidit, quem heri coronatis fere centum redemimus. Faxit Deus, ne nostris Blyenbechen: illi latrones Mosam fluvium infestantes noceant amplius.

Erant nobis navigio Graviam tendentibus insidiati. Sed excubitor ad Mosae ripam speculandi caussa constitutus, nos praestolaturus in somnum incidit, ut litteris fide dignissimorum, & relatu vicinorum certo cognovimus. Certe soporem Domini super eum irruisse nobis persuademus, cui gratias idoneas reddere nequimus. Stu-

Stupendum Dei miraculum, quod initio iſtorum civilium motuum Dominus Deus ad Fidei ſuae Catholicae luculentum edidit patrocinium, amicum non celabo alias: quo ad D. Werenfredi (cujus D. Willibrordo Apoſtolo noſtro comitis Sanctitatis praeconium gloria declarat miraculorum) SS. Reliquias in Bataviae templo e regione Neomagi quieſcentes, ac vicinorum confluxu celeberrimas, adoleſcens una cum Matre voti explendi cauſſa devectus ex claudo, immo ſemiparalytico fuit ſanatus, atque relictis ibi corporis bajulis ſcipionibus, domum incolumis rediit. Sic enim nobis oculati teſtes verbo, & ſcriptis ſigillo ſuo munitis, & fide Sacerdotii aſſerunt. Sed de hoc plura libello de noſtri temporis Miraculis, quae ſuo recognoſcemus loco, ubi meliora caſtigaverimus.

Quod animus iſthic praeſagiebat de illa tui amici effigie, cui nunc pallidulus, & exantlatis tot Eccleſiarum, & Monaſteriorum deformatiſſimus laboribus, lucubrationibus, atque difficillimis plus minus XXXVI. de dogmatibus controverſis concionibus exhauſtus vultus tantum mutatus ab illo, apud cariſſimum P. Illuſtriſſimum D. Hoſium P. M. collocanda (noſti ubi) jam vides meo accidere pro omine. Itaque tecum habitet, immo latitet cum illa Davidica Nycticora: quam D. Paullini lectionem ſi alicubi obſervaſti, gratiſſimum erit diſcere; ſicut & illud in hymno Martyrum: *Poenas dilexit fortiter*, ut Cod. Neomag. Silentium tuum de Romano Breviario, ut de reformatione ſatis mirari non poſſum.

Amicis noſtri ſtudioſis ad unum omnibus ſalutem cupimus in Domino plurimam. R. P. Philippo cum toto veſtro Collegio ſalutem cupio: quorum precibus nos, noſtrumque gregem afflictiſſimum, quaeſo, ſubinde commendare dignaberis. Vale incolumis in Chriſto Jeſu.

Ruremundae 19. Novembris 1586.

P. S. Delitias viſitationis noſtrae alias tibi depingam, quo undique excluſis horreo vaſtiſſimo pernoctandum fuit, & in ſtraminibus ad focum in turba dormiendum, & niſi Deus ſuum inexpectatum miſiſſet Abacuc, omnibus poſt longiſſimum iter his pedibus fere confectum jejunandum, & ſitiendum. Paſtor enim vicinus ad horam fere a militibus exhauſtus in noctis conticinio attulit quod habuit, panem unum X. litteris atrum, ſexquibocalem cerevoſiae, parum carnis ſalitae, atque butyri, & fragmentum caſeoli. Sed quid haec inter quadraginta?

EPISTOLA VII.

CAESARI BARONIO

WILHELMVS LINDANVS.

Dolet, Baronii promissa necdum apparere, sibique de quibus quaesierat adhuc non satisfieri; tum obiter de suae Gentis calamitatibus.

SI vales, mi Caesar ex animo carissime, & tibi, & mihi, ac in primis Catholicae Ecclesiae Matri nostrae serio gratulor. Tui desiderium nos magis discruciat, quod promissa pridem tua ad nos non perferuntur. Ambrosium tuum dico, & notationes aureas in Martyrologium, & alia a nobis postulata de Rom. Breviarii castigatione, & Bibliorum, & Cleri Cano. reformatione, & quae horum spes, atque similiter piis his desideratiss. de Lateran. Episcopii restauratione, & Bibliorum Graec. editione.

Sed magis illud exagitat, Annalium tuorum editio: quam in lucem prodire miris modis exopto, ob caussas isthic non semel inter nos suavissime pertractatas.

Itaque tibi ἐργοδιώκτης equidem numquam defuero, donec tantus Ecclesiae thesaurus publico usui promatur.

Hic omnia silent, & potissimum inter arma leges, licet in hibernis suo indulgeant genio milites acerbissimis provincialium gemitibus, quos pondus tributorum excoriat. Verum ita nostri mores acerbis adeo flagellis nihil castigati efflagitant, ut vel tandem resipiscamus. Quod vestris, aliorumque isthic piorum precibus futurum speramus, quas ut nobis nostroque afflictissimo gregi sedulus cum tuis impendere pergas, supplex oro.

Illustrissimis D. S. Severinae, Madrutio, & Monteregali, aliisque nostri studiosis patronis nostro nomine salutem dicere, nostraque officia humillime paratissima offerre ne graveris.

Illustrissimo D.D. Carafae gratulatorias de salute restituta scribes. Vale diu incolumis cum tuis omnibus, quibus a me salutem dices, atque precibus assiduis commendabis.

Ruremundae 20. Decembris 1586.

EPI.

EPISTOLA VIII.

CAESARI BARONIO

WILHELMVS LINDANVS.

Certiorem Baronium facit de ſuis lucubrationibus, & viciſſim de nonnullis libris, qui Romae praelo parabantur, certior fieri cupit.

VEnerab. Domine Caeſar ex animo cariſſime. Quod tam prolixe noſtris expoſtulationibus ſatisfacere ſatagis, magna cum voluptate hauſi; unde mihi futurum polliceor, ut majoris inter nos amicitiae non reconciliatio, ſed aeternum aevis erit, & hic & in patria illa aeterna vinculum. Praecipue cum variis tuis litteris ſignificas, nos te reddidiſſe certiores, quae ſcire cupiebamus: hae nondum perlatae alicubi ſorte haerent, tandem emerſurae; ſicuti nunc Illuſtriſſimi Domini Veronenſis Februario datae huc modo ſunt allatae. Martyrologium miſſum ſuo accipiemus tempore, ubi commoda erit opportunitas. Annales tuos, quaeſo, ne ultra Pentecoſten differas, ut proxima iis bruma frui liceat, indeque noſtra locupletare: quando, ſi faverit Chriſtus, duos, aut tres Tomos noſtrorum operum Plantino apparabimus, variis auctos non editis, potiſſimum Tom. II., qui noſtra habet polemica; ut primus ad evertendas funditus iſtius tempeſtatis haereſes Eccl. Dei naviculam variis nimbis jactantes paraſcevaſtica. Tertius vero de Virginitate, votoque Caſtitatis libros habet quinque, & de Eccleſia viſibili varia. Quartus Calviniſtas oppugnat, ut quintus Pelagianiſmum paſſim repullulantem per Ariam Montanum ſaepius fruſtra monitum pertinaciter renovatum, decemque libris refutatum *(a)*: quos favente Chriſto abſolveramus priuſquam nos infeſta iſta coqueret, ac ſuum in originarium pulverem tereret febris: quae in nos graſſatur atrocius, quod hic nec Medicum, nec Apothecarium habemus, niſi bidui itinere. Habes ſtudiorum noſtrorum hiemalium ſcopum, ne nos (ſi tamen Deus tertium iſtud exuli ſuo infelici prorogare volet exilium ſua ca-

(a) Benedicti Ariae Montani Hiſpalenſis viri doctiſſimi, atque in Hebraicis praecipue, Graeciſque litteris verſatiſſimi vitam, atque opera diligenter, accurateque refert Nicolaus Antonius Bibliothecae Scriptorum Hiſpaniae tom. I. pag. 162. & ſeqq. Obiit autem Montanus Hiſpali, Kal. Jun. anno 1611. & in celeberrimo Sodalium illius civitatis coenobio, cui praefuerat, ſepultus eſt.

caitiffimis illis Agni nuptiis in caelefti Patria celebrandis procraftinatione permoleftum) fenili otio putes tradituros. Unum hoc fummis a Chrifto Domino Jefu votis expofco, ut unius hiemis inducias indulgeat; quo ea, quae fub manibus funt, concinniora, & ad fuae Religionis patronicium aptiora queamus abfolvere, atque tum fecundiore vento in patrias fedes cito remeare; acerbior enim in horas redditur vita, non tam quod multa nobis negantur ad res pro officio gerendas utilia, ne dicam neceffaria, fed quod Chrifti, & juftitiae cauffa plurimis Antagoniftis obnitentibus, non agitur ut......... Variae namque infeftiff. Chrifti hoftiam reconciliationes, & quorumdam declarationes, quidnam pofterius fint pariturae, infelix equidem vereor, docebit dies. Dudum in Aulam rerum noftrarum mifimus ftatum, auxilia Eccl. in ufum praeftandi officii paftoralis poftulantes, fubductifque ftipendiorum rationibus demonftravimus, nobis hactenus per annos fex non fupereffe in familiae ufum amplius, quam reditus, quos in Belgium donabat S. D. N. Sed ad priora illa mea defideria redeo, quidnam de Romano Breviario fit futurum: ficuti & de nova LXX. verfione, atque Graeca illa in lucem editione, fi quid adjicere dignaberis, in lucro deputabitur, potiffimum quid nam in veteri Verfione praeftitum, & quibus adjutoribus? (a)

Incre-

(a) Nova Bibliorum τῶν LXX. editio cum fua latina verfione prodiit hoc eodem an. 1587., quo Lindanus hanc ad Baronium epiftolam dedit, Romae ex typographia Francifci Zannetti, fequenti titulo infignita: *Biblia Graeca feu vetus Teftamentum juxta LXX. mandato Pii V. & Gregorii XIII. fummorum Pontificum elaboratum, juffu & auctoritate Sixti V. Pont. Max. editum* (in primis fecundum exemplar Vaticanum, & ubi illud deficit, alterum Venetum Cardinalis Beffarionis, & alterum ex magna Graecia advectum) *ftudio, & opera Antonii Cardinalis Carafae, juvantibus diverfo tempore multis viris doctiffimis, cum variis lectionibus ex antiquis Codicibus, & ex veteribus interpretibus, Aquila, Symmacho, & Theodotione a Petro Morino collectis, cum ejus Praefatione*, in folio. Viri autem doctiffimi quibus Cardinalis Carafa ufus eft in ea editione curanda, quinam fuerint, patet ex his quae habentur apud Jofephum Silos lib. XIII. hift. Cleric. Reg. ad an 1575. fequentibus plane verbis: „ Cavit accurate huic divinarum Scripturarum nitori facro-fanctum Concilium Tridentinum, ac juxta ejus decreta Pius Pontifex V. illarum correctionem eft aggreffus; cumque in ejufmodi Sacrorum Bibliorum eruditione, ac literatura infigni tunc laude floreret Romae Agellius, linguarum maxime peritia inftructus, agi de iis graviffimae rei momentis non potuit, quin ipfe inter paucos confuleretur, adhibereturque operi. Igitur, ut teftatur ipfemet data ad Latinum Latinium epiftola, demandatum hoc illi negotium fuit una cum viris doctiffimis, Mariano Victorio Epifcopo Reatino, Paulino e Dominicana familia, & P. Emanuele Sa Societatis Jefu; fublatoque e vivis Pio, qui fucceffit Gregorius XIII. vifus in id operis adjeciffe animum, habitaque cum purpuratis Patribus confultatione, commendatum munus fuit Antonio Cardinali Carafae Bibliothecario Apoftolico, qui fub Pio V. hanc etiam provinciam capefliverat; ut cui peropportuna iis vigiliis inftrumenta inerant, multiplex eruditio, ac facrarum literarum ftudia, linguarumque, Graecae praefertim cognitio; ad haec ardor quidam, atque indefeffus animi vigor. Conquifiti in primis intentiore quidem ftudio ab eo fuere ab omnibus Europae, Chriftianique orbis partibus, ac Bibliothecis, cum vulgatae, tum LXX. Interp. editionis antiquiores, atque emendatiores codices; quorum exempla-

Incredibilis, & exsecranda, immo & detestanda est populi hujus excoriatio, veraque cantillatio per eos praecipue, qui ex Pro. venerunt tibi in cute nota: quorum non infimum jam pridem Sathanae tradere statuimus, si ex aula huc rediret: quod contra edictum Regis aliena rapit. Ita omnia eis impune licent, ut unum Monasterium unus damno ad XXX. M. Coronatorum adfecerit, sed nobis non subest. Omnia civium, & provincialium infesta habent tamquam conjurati in eos hostes, plus eis, quam ipsi hostes noxii. Deus tandem nos respiciat propitius! Frisiae autem calamitas Religionis omnem fidem superat: ubi in tres partes dissecti suppositium Regis Senatum in vinculum conjecerunt. Praeses in Hollandiam missus a Carnifice in stabulo est flagellatus. Religio illic ita fere tota sectis variis periit, ut in oppido vix 30. inveniantur Catholici: quibus, & Hollandis, & Zelandis pastores nos praeparare conabamur. Sed mors Gregorii P. M. impedivit. Si audiremus....... ut judicium diligit, ita etiam misericordiam in omnes indignos exercere, scriberemus, ut promissa illa de Belgico Sciario per quam perditiss. Dei Ecclesiae necessario (si in tempore saperemus) plusquam aurea tandem praestaret. Sed frustra vereor. Super quo tuum, & amicorum exspectabo consilium.

plaria inspersos, excususque ante hac in Sacris Bibliis errores expungerent. Tunc acciti undique, adscitique in laboris partem viri, in omni doctrinarum laude celeberrimi, atque in sacris praesertim linguis, rerumque divinarum studio versatissimi; quorum diligentia, ac studio operosum, atque utilissimum omnino consilium perduci ad exitum posset. Ex eo numero, quos ipse meminisset, ac cognovisset, fuisse, ait Ghislerius, Laelium ipsiusmet Carafae Cardinalis Theologum; Fulvium Ursinum, Lateranensis Ecclesiae Canonicum; Petrum Morinum, Gallum; Doctorem Valverdam, Hispanum; Robertum Bellarminum Societatis Jesu, Franciscum Toletum ejusdem Ordinis, utrumque in amplissimum Cardinalium Collegium postea adscriptum, & Antonium nostrum Agellium, Episcopum postea Ascernensem. Et quidem in ea parte, in quam est primo ingressus hic praestantissimorum Capitum senatus, nempe in correctione versionis septoaginta Interpretum, prae omnibus desudasse curis suis Agellium, exploratum habet Ghislerius, testis ipse oculatus. Enim vero incredibili quadam laboris contentione complurium Graecorum codicum textus contulit, ad lectionis nimirum Hebraicae fidem, aliarumque vetustissimarum versionum, ipsorumque septuaginta Interpretum, prout diversi mode ab antiquis referrentur Patribus examinatos. Quae quidem omnia cum in conventibus, qui coram Cardinali Carafa ea super re habebantur, ab eo in medium producerentur, atque accurate expenderentur; quae postea retinenda, quae expungenda lectio esset, tot sapientissimorum hominum judiciis definiebatur. Quas Agellii vigilias testantur liquido Graeci codices duo Septuaginta Interpretum, quos in nostra Quirinali Bibliotheca asservamus. Alter quatuor distinctus tomis, ad cujus margines multiplicem videre est diversorum textuum interpretationem prout ille probabat, ejus manu, Graecis quidem notis, adscriptam. Alter Romanis typis excusus, atque ad antiqua exemplaria emendatus; ad cujus primae paginae extremum, haec leguntur Cardinalis Carafae, ut putamus, manu; (ab Antonio Cardinali Carafa Antonio Agellio pro suis laboribus.) Quod si in iis versionibus colligendis quae adnotatae post singula capita in correctis codicibus reperiuntur, Petri Morini studia laboraverint; constat nihilominus & in iis non minimum desudasse Agellium. „ Eodem fere modo narrat idem Joseph Silos citato tom. pag. 337. ut videre est apud Jacobum Le Long in Bibliotheca Sacra tom. 1. pag. 189.

filium. Certe privatam mihi verbis tam magnificis promissam inopiam securus despicio. In Rom. Breviario advigiletur, ne quid antiquissimis rebus aut detrahatur temere, aut addatur, nedum adversetur, ut illud N. ne barbam, aut comam alant. Sic etiam adulterina specie nobis D. Ambrosium Roma edidit barbatum contra fidem veritatis Ecclesiae Mediolanensis, quod & Reverendissimus Vercellensis agnovit ubi apud me diversaretur. Adulationibus quorumdam istud non est indulgendum. Rursus ne preces publicae Breviarii a Missali turpiter dissonent. Si quid de Rom. Indice Librorum damnatorum tandem parendo habes, noli nos celare. Illustrissimis D.D. Severinae, de Monte Regali, Senonensi, aliisque nostra offeres obsequia in Christo Jesu semper paratissima. Reverendissimo D. Majolo Vulturarien., & Aquinati cum D. Cano. Franco, Latinio, & Biblioth. Far. Praefecto, Nobilio, & Petro..... Parisiens. aliisque nostri studiosis a nobis salutem dicere dignaberis. Si Lateranen. palatium instauratur, laeti audiemus. Ven. P. vestro una cum collegis omnibus plurimam quotidie salutem a Domino cupimus.

Ruremundae 18. Maii 1587.

EPISTOLA IX.

CAESARI BARONIO

CHRISTOPHORVS PLANTINVS.

Veniam a Baronio petit recudendi ejus in R. Martyrologium Notationes, rogatque, si quid in iis mutandum, aut addendum est, ut communicare secum velit.

CUm Martyrologium Romanum, annis proximis restitutum, doctissimisque tuis notationibus illustratum, Francofurto ab institore nostro ad nos allatum esset, dignum omnino judicavi, quod aliquot Antistibus, & Reverendissimis viris offerrem. Illi vero cum vel primis labris id degustassent, tantopere opus istud laudarunt, ut contenderint prorsus a me illico recudendum esse in harum regionum usum. At ego duabus potissimum de caussis id recusavi. Prima & praecipua, quod numquam aliquid ab Auctore vivo alicubi excusum recudere consueverim, nisi cum ejus bona gratia ab eo ipso facultatem recudendi impetravero. Altera est, quod res meae privatae adeo variis sint adversitatibus attritae,

tae, & attenuatae, ut faciendis ſumptibus par nōn forem. Sed hunc mihi ſcrupulum ſtatim ademerunt, & ſe in ſumptibus faciendis me ſublevaturos promiſerunt.

Priorem igitur iſtam remoram tu ſolus es, qui tollere potes, ſi modo permittere tibi placuerit, ut impenſis eorum praelo meo eum ſubjiciam: nihil quippe commodius accidere his regionibus poſſet. Quod ſi impetro, iterum majorem in modum te rogo, ut ſi quid de novo in dicto libro addendum, demendum, corrigendumve obſervaveris, nobiſcum illud communicare digneris: eadem item opera certiores nos facere, num Annales tuos Eccleſiaſticos, aliquoties in Martyrologio promiſſos, abſolveris, aut edideris: ut reſpondere Eccleſiaſticis Viris poſſim, qui ſaepenumero ſuis ad me litteris de eo percontantur. Haec ſi feceris, rem ſane quam gratiſſimam feceris, meque aeternum tibi obligaveris: etſi promptum, & paratum me alioquin ad omne tibi pro meis viribus obſequium praeſtandum ſcito. Interim precabor Dominum Deum, ut te ad ſuae ſanctae Matris noſtrae Eccleſiae Romanae adjumentum, & utilitatem diu conſervare dignetur incolumem.

Antuerpiae Nonis Februarii 1588.

EPISTOLA X.

CAESARI BARONIO

HENRICVS GRAVIVS. (a)

De Notationibus in R. Martyrologium, Lovanienſi Operum S. Auguſtini Editione, aliiſque rebus multa admodum ſcitu digna perſequitur.

IGnotus quidem, non tamen ad ignotum me ſcribere arbitror. Nam me quidem adeo nulla mei parte cognitum habes, ut ne nomen quidem hactenus noſtrum auditum tibi exiſtimem. Te vero, etſi non de exteriori facie, de interiori tamen, animique vultu probe mihi videor contemplatus, ut meliore tui parte, qua potiſ-

(a) Has litteras ſupra Baronius ſignificabat epiſt XIV. pag. 32. Jam de illarum auctore Gravio videantur quae ex Nicolao Vernulaeo tom. I. pag. 218. adnotamus; ad quae addatur modo, lucubratam ab eodem fuiſſe nobilem illam *Facultatis Theologicae Lovanienſi.* Cenſuram *ſuper aſſertionibus de S. Scriptura, Gratia, & Praedeſtinatione an.* 1586. *Lovanii ſcripto traditis*. Praeterea in notis ad Auguſtinum contra Haereſes eumdem Commentarii ſui, quem meditabatur, *Rerum Donatiſticarum* non uno loco mentionem facere, cujus quidem Commentarii prima lineamenta, deſignatioque capitum futuri operis leguntur in *Bibliotheca Academica Lovanienſi.*

potissimum homines sumus, esse te mihi intime cognitum, planissime persuadear. Etenim cum superiore Septembri evocantibus negotiis Antuerpiam profectus essem, ac inter ceteros amicos Plantinum etiam nostrum, quo familiarissime utor, multo non visum tempore salutassem, orto, ut fit, de novis libris sermone, protulit is mihi grande volumen Martyrologii Romani una cum Caesaris Baronii notationibus: quarum noscendarum avidus facile ab amico ad dies aliquot exemplar utendum accepi. Quo carptim, sparsimque degustato, rerum Sacrarum ad historiam pertinentium haud vulgarem deprehendi thesaurum, cujus cupiditate altius etiam in operis interiora progressus, in eruditionis vestrae mirificam sane admirationem, amoremque sum raptus, eo magis, quod Annales ibi nobis Ecclesiasticos in haec usque posteriora productos tempora promissos invenirem, de quibus quid sentiendum esset tamquam ex ungue leonem aestimare promtissimum foret. Unde ad Plantinum reversus auctor ei esse coepi, ut notationes istas proelo subjicere ne dubitaret, simulque de Annalibus uti advigilaret admonui, ut cum primum in Urbe prodiissent, mox ad se perferri juberet, edereque maturaret; futurum enim opus doctissimum, & quod audire typographi libenter solent, maxime vendibile. Sed nec apud amicos deinde tum illic, tum alibi, quocumque venire contigit, de notationibus vestris, deque promisso opere, quod sentiebam silere potui: quo factum, ut fuerint quamplurimi in ejus exspectationem, desideriumque mirifice excitati. Quod ipsum non parum Reverendissimus D. Lindanus in nobis acuit, apud quem Bruxellis postea ejus rei mentionem cum forte in mensa injecissem (ea maxime caussa, quod notationum vestrarum cognitionem, censuramque a Sixto V. Pontifice demandatam in operis illius calce reperissem) plurima nobis de ingenio, doctrinaque vestra per quam amanter locutus est, addens, Annales vestros, se in primis Auctore, praelo jam esse commissos, primumque eorum Tomum brevi in lucem prodituum. Id quod sane incredibile dictu, quam animum meum exhilaraverit. Itaque in operis exspectationem suspensus, sperabam proximis Francfordiensibus nundinis frui nos illo posse. Sed cum id frustra fuisset, subito mihi inexspectatae a Plantino redduntur litterae una cum vestrarum exemplo, quibus primus Annalium tomum ad finem prope perductum, & notationes in Martyrologium abs te recognitas scribis, ac utrumque opus Regiis hic typis excudendum brevi transmissurum te polliceris. Quo accepto nuntio ita plane gavisus fui, ut cum valetudine essem non satis prospe-

ra,

ra, fuerim non minima ex parte recreatus: nec me continere potuerim, quin hac occasione oblata (quando propius tibi cognitus esse desiderans jamdudum id facere habebam in animo) breviter saltem aliquid ad eruditionem vestram pro tempore scriberem, quo & affectum erga te meum plurimis de caussis conceptum testatum facerem, simulque aditum mihi aperirem, quo de nonnullis ad Ecclesiasticam historiam pertinentibus tecum agere familiarius, liberiusque aliquando liceret: nam id pluribus nunc facere nondum satis firmata valetudo vix patitur. Illud tamen praeterire in primis non possum, valde mihi placuisse quae de BB. Silvestro, Paullino, & Hilario Arelatensi, aliisque compluribus observatione digna notasti. In quorum historia, ut ne quid dissimulem, diu haesitavi, quemadmodum constare sibi veritas ejus, & conciliari Auctores inter se possent. Et quamquam non omnis adhuc mihi exemptus est scrupulus, viam tamen, & rationem ostensam per te video, qua responderi aliquid diversum sentientibus non improbabiliter possit, quod ipsum plenius, certiusque in Annalibus explicandum non dubites. Quare plurimum me tibi hoc nomine debere profiteor. Jucundissimum vero fuit, quod de Lovaniensi nostra B. Augustini castigatione tam candide passim, & amanter in his notationibus tuis loquaris, ac sentias; quando nec isthic deesse ex fide dignis accepimus, qui laboribus illis nostris obtrectandum sibi existiment (*a*).

V Equi-

(*a*) De hac editione nonnulla hoc loco adnotabimus, quae addita ad quae Gravius in sua epistola dicit, absolutam fere tam praeclarae Augustini operum editionis historiam, quantum quidem hujuscemodi Scholiorum angustiae patiuntur, lectoribus exhibebunt. Prodiit haec igitur Lovaniensium editio Antuerpiae anno MDLXXVII. tomis X. in fol.

In Tomo I. corrigendo Martinus Baccius Tiletanus laboravit, qui postea Alostensis Pastor fuit. In II., qui epistolas continet, Jacobus Bajus Melunensis, Collegii Sabaudiae apud Lovanium Praeses. In additamento autem earumdem, quae Roma transmissae fuerunt, Jo: Gravius Lovaniensis, In III. Henricus Cuickius Culemburgensis Ethices professor. In IV. Einbertus Everardus Arendoneanus Ecclesiae D. Jacobi pastor, & Concionator. In V. Tomo, qui Libros de Civitate Dei continet, emaculando primas partes sibi vindicavit Petrus Coretus Athensis, qui deinde Pastor, & professor Crispiniensis extitit. In Tomo VI. Christophorus Broide Ariensis, qui paullo post ad Ariensis Ecclesiae Decanatum vocatus est. In Tomo VII., qui pluribus mendis scatebat, Henricus Gravius Lovaniensis Regius professor, summa cum cura, atque industria operam contulit. In VIII. Tomo Claudius Porta Bapalmensis, qui postea Bianctriae pastorem, & canonicum egit. In IX. Tomo Guillelmus Estius Gorcomicus Batavus, scriptis operibus notissimus. Qui omnes a Facultate Theologica Lovaniensi publicum eruditionis suae testimonium habebant. In X. Tomo Regulares Canonici S. Martini Lovanii operam suam contulerunt: quem in Tomum jam pridem apud eos Martinus Lipsius Bruxellensis, ejusque discipuli Jo. Costerius, & Jo. Vlimerius Lovanienses operam magni laboris egerant. Quin & Jo. Vlimerius in editionem hanc Augustini a Lovaniensibus procuratam, varios a se repertos D. Augustini Sermones, nondum editos contulit, multos etiam antea latentes ex Cambronae MSS. Codicibus studiose transcripsit. Praemisit autem Jo. Molanus libris Augustini, atque tractatibus retractationem ipsius,

Equidem non ignoramus plurima illic resedisse, quae restituta nondum sint; sed Manuscriptorum compluribus in locis, librisque praesidio destituti, quid aliud, quam mendas corruptelasque, quando eis mederi non licebat, indicare, conjecturamque nostram adjungere potuimus? Nam ex conjecturis castigandi audaciam, licentiamque nimis frequenter temerariam, periculosam, exitiosamque fuisse deprehendimus. Dolet nobis tamen plurimum, quod observationes in Tomum VII. tam non solum depravatae, verum etiam rudes, impolitae, ac informes prodierint. Idque praecipitatione negotii, temporumque angustiis factum fuit, quando urgentibus typographis simul & scribebatur, & excudebatur. Fefellit nos Plantini diligentia, atque instantia, qui X. simul proelis hoc opus aggressus paucissimis mensibus totum absolvit. Quare ut ne illi essemus in mora, properandum nobis usque adeo fuit, ut justam, ac accuratam in singulis diligentiam praestare non possemus, immo nec quod scriptum ab Amanuensibus esset relegendi spatium foret. Quo factum, ut praeter errata, lapsusque Scribarum non pauca insint, quae & nobis non parum displiceant, limaque severiore indigeant: ut inter cetera quod ad initium libri de gratia Christi, & originali peccato de Melania scripsimus, non parvo eam errore (nondum certa tum temporis Palladii historia) cum seniore confundentes (a). Quae sane incommoda proxima saltem editione ut sarcirentur, adlaboratum diligenter a nobis fuit, sed obstitere Gallicani Typographi, quibus pro dolor! quaestus magis est hodie cordi, quam emendata librorum editio. Siquidem binas ad eos litteras dederam, quibus significabam, notationum illarum exemplar habere me castigatum, & in pluribus locis auctum, ac locupleta-

ipsius, atque ubi illa deerat, brevem censuram multorum Theologorum sententia confirmatam. Quae autem manifeste deprehensa Augustini non esse constabat, illa censuris praemissis in Appendicem Tomi cujusque reponenda censuit. Addita est Jo. Hesselii Theologi censura MSS. in IX. Tomos, & Martini Lipsii in X. Tomum, quae magno usui fuerunt. Adjuncti etiam Molano Socii, & adjutores fuerunt a Collegio Doct. Theologorum Lovaniensium Henricus Gravius, & Laurentius alter VVesterhovius, multae eruditionis viri, quorum calculo quaestiones terminabantur. Hi Lovanienses Antuerpianae Operum D. Augustini editionis adjutores fuerunt.

De hac Lovaniensi editione haec habentur in praefatione generali Monachorum Sancti Mauri praefixa Tom. XV. Op. S. Augustini. Parisiis 1700.: *Deinde temerarium videbatur, secundum Lovanienses Theologos doctissimos, de Augustino, totaque Republica Christiana optime meritos, novam S. Doctoris Operum editionem meditari, quippe vix fieri posse, ut a nobis eorum diligentia aequaretur, ne dum superaretur.*

(a) De utraque Melania, in quibus distinguendis lapsum se eruditissimus Gravius fatetur, omnia nunc doctorum virorum, qui post illum scripserunt, beneficio plana, & aperta sunt. Tu consule, si lubet, praeter Palladium helenopolitanum in Lausiaca, Rufinum apud Rosvveidum l. 2. Vit. Patrum; Paullinum Nolanum epist. 29., Tillemontium Memoires pour servir al'Histoire ecclesiast. tom. 10, & 14. Norisium in Historia Pelag., & in Adventoria P. Francisco Macedo. &c.

tatum, variasque tum in VII., tum in ceteros etiam Tomos praeparasse castigationes, quae oculos, diligentiamque nostram in prima editione effugissent, quae simul omnia paratus eis essem, cum vellent, transmittere. Sed quod illi tam contemtui habuere, ut ne respondere quidem dignati fuerint. Unde factum, ut & Lutetiae, & Lugduni Augustinus exierit non modo non castigatior, verum etiam innumeris in locis multo quam ante corruptior, ac depravatior, ut ab iis, qui solos de Civitate Dei libros cum Plantiniana editione contulerunt, plurimas novorum errorum centurias deprehensas intelligam. Quam justissimam querimoniam dolemus tibi sane nobiscum esse communem, quando idem in Venetica Martyrologii, quod nos in Gallicana, expertum te scribis editione. Sed in hoc tu felicior, quod in Romana, primaque excusione praesens proelo ipse adesse, corrigereque quidquid luberet potuisti, quod nobis absentibus permissum non fuit. Spes tamen bona est, si propitio Deo feralibus his bellis tandem aliquando finis aliquis imponi queat, recudi Plantiniano praelo Augustinum posse, quando restituendi quae errata sunt plenissima potestas erit. Sed de his plus satis.

Ut vero ad vestras notationes revertar, video te in eis D. Joannis Molani nostri memoriae, laborisque ipsius in Usuardi Martyrologium honorificentissimam non uno in loco facere mentionem, ubi haud vulgarem ingenii vestri candorem exosculor, multum sane a quorumdam moribus abhorrentem, qui cum alienae industriae parum frequenter aequi sint judices, tum si quid ejus opportunum sibi crediderint, dissimulato auctore, ex quo id hauserint, non satis verecunde sibi tribuunt, ac inventionis ejus in se laudem illiberaliter transferunt. Nam cum veram etiam laudem Christiani, vereque ingenui sit animi contemnere, falsam tamen aucupari turpissimae sane ambitionis fuerit. Itaque quod D. Molani amici quondam nostri, qui & inter manus nostras expiravit, tam amanter, & cum laude memineris, magnam sane ejus nomine gratiam habeo. Quod autem ad Martyrologium Usuardi, ac notationes ejus attinet, probe in prolegomenων tuorum capite 9. caussam animadvertisti, cur Romani nominatim Martyrologii non meminerit, quia vere non aliud alibi, quam illud Usuardi in usu credidit, quando non aliud, quam Romanum esse videatur cum ab Usuardo ipso, tum a posterioribus locupletatum (a). Illud autem scire te velim,

 ut

(a) Operae pretium videmur facturi, si totum illum ex prolegomenis locum a Gravio indicatum hic adscribamus; idque ex posterioribus Martyrologii editionibus, ubi has ipsas Ve-

ut primum novum hoc Martyrologium Gregorii XIII. juſſu excuſum perlatum ad nos fuit , notationes illum ſuas , quas in Uſuardum jam pridem ſcripſerat , ſub incudem revocaſſe , & multis locis recognitas , auctaſque praefato Romano Martyrologio attemperaſſe, atque accommodaſſe : quod & ipſum opus excuſum jamdudum foret , niſi intempeſtiva Auctoris mors impedimento fuiſſet . De quo vel poſtea edendo (ſiquidem ejus rei curam Auctor ſuo teſtamento nobis delegarat) agere cum Plantino jam coeperam . Sed ubi notationes veſtras videre contigit , illaſque cum his contuli, eam cogitationem depoſui , quando vix quidquam apud Molanum reperi , quod non a vobis luculentius , copioſiuſque expreſſum , atque tractatum eſſet . Quis autem ita deſipiat , ut meridiano Sole lucernam ſibi accendendam exiſtimet ? Quod autem ejus ſtudium , illo , ſi fieri queat , prolegomenων tuorum capite 9. , aut ubi opportunum maxime judiceris , additum a vobis optarim , ut hoc ejus erga Romanam Eccleſiam , Apoſtolicamque Sedem officii , ac benevolentiae qualecumque teſtimonium exſtet .

Verum tempus eſt ſcribendi finem ut faciam . quando & pro animi erga te noſtri , propenſioniſque ſignificatione ſatis haec prolixa epiſtola eſt , & ſane prolixior etiam , quam valetudo noſtra bene

Vener. Auctor Gravii litteras memorat : cum enim ex eo plurimum lucis ad quae Gravius ſcribit accedet , tum vicem etiam quodammodo nobis erit earum litterarum , quas Baronius Gravio reſcripſit , quae interciderunt . Haec igitur ibi = Habet , ſi quis plura quaerat (videlicet de Martyrologiis) ejus argumenti luculentam , piamque valde , ac eruditam lucubrationem R. D. Joannis Molani Theologi Lovanienſis , quam in ſecunda ſui Uſuardi editione poſuit , Appendicis de Martyrologiis titulo praenotatam ; de qua illud , quod dignum admiratione videtur , lectorem commonendum putamus , cur nempe ille de cunctis Martyrologiis eruditam inſtituens tractationem , de R. tamen Martyrologio agere praetermiſerit ? Id quidem non injuria , vel (quod procul abeſt a viro pientiſſimo) dolo malo factum noveris ; ſed quod exiſtimavit , R. Eccleſiam non alio , quam Uſuardi uti Martyrologio : id enim ipſe teſtatur eodem libello cap. 4 , ſeq. agens de Martyrologio Uſuardi , ea ratione & Romano ſatisfactum putavit : credidit enim nullum aliud reperiri R. Martyrologium ab eo , quod typis excuſum Venetiis , ſcriptum , emendatum , editumque habetur auctore Alexandro de Peregrinis presbytero Brixienſi . Praeterierunt enim Molanum quam plurima antiqua MSS. R. Martyrologii exemplaria , ex quibus quodnam , qualeve eſſet germanum ipſum Rom. Martyrologium , intelligere certius potuiſſet . Tolerabilis quidem , & venia dignus error , cum ipſe tam longe poſitus ea neſciverit , quae illi qui Romae agunt vix magno labore , pervigili diligentia , & ſumma ſunt induſtria conſecuti . Gavilus vero non mediocriter fui , cum nuper opportune admodum accincto jam ad ſecundam editionem Typographo , conjecturam , ſuſpicionemque hanc meam ex litteris R. D. Henrici Gravii Theologi Lovanienſis minime vanam , aut inanem fuiſſe cognovi . Scribit is enim ad me , R. D. Molanum , accepto jam recens edito R. Martyrologio , notationes mox ſuas , quas in Uſuardum jam pridem ſcripſerat , probe recognitas , auctaſque eidem Martyrologio attemperaſſe , atque accommodaſſe , ſed eo praematura morte ſubtracto , minus facere licuiſſe . Quae proinde mihi cauſſa fuit , ut apud praedictum D. Gravium per litteras agere coeperim , ut eruditiſſimi viri monumentum edere non praetermitteret : ita enim futurum , ut duorum , vel trium concurrente teſtimonio veritati poſſit firmius eſſe conſultum . = Hactenus Baronius .

bene patiatur. Sed tamen facere non possum, quin aliquid adhuc addam, quod Editioni Plantinianae subservire non incommode possit. Kalendis Martiis in Martyrologio Donati cujusdam proponitur memoria, qui in Vandalica persequutione sub Ursacio Duce, & Marcellino Tribuno passus dicitur (a); quem locum velim ab eruditione vestra pressius expendi: neque illi medicando satis esse videtur, si quod prudenter a te factum est, Marcellini nomen submoveatur, cum & Dux ipse, seu Comes Ursacius & Catholicus, & Donatistarum cum Marcellino, etsi non eodem simul tempore hostis, & persequutor fuerit, eoque nomine aeque illis ac Marcellinus exosus, ut ex Optato, & Augustino liquet lib. 2. contra Petilianum cap. 92. Nec est, cur cognominem ei Catholicorum persequutorem inter Vandalos cogitemus, quando non Vandalicum, sed Romanum esse hoc nomen videatur, nec in tota Victoris sub Genserico, & Hunnerico persequutionis historia Ducis alicujus tamquam legum Regiarum exequutoris mentio fiat, ut Ducem hic non alium intelligendum existimem, quam limitis Africani, qui Romano praeesset militi, partim ad fines tuendos, partim ad Afros in officio retinendos locis opportunis collocari solito. Quare si retineri cetera volumus, videtur & Ursacii tollendum esse nomen: quae sane Lugdunensis editionis anni 83. ex prima Gregoriana, ni fallor, expresse planissima est lectio. Verum, ut quod sentio ingenue dicam, vehementer metuo, ne non illud potius de Vandalica persequutione adjectitium sit, ad suspicionem de Catholico Ursatio, & Marcellino removendam; praesertim cum eam partem nec Usuardus legat, ex quo tamen in Romanum Martyrologium videri queat Ursatii, & Marcellini nomen irrepsisse: ut dicta hae de Donato intelligenda sint, vel Majorini Carthagini successore, quem ob exilium, in quod missus fuit, Martyrialis gloriae virum & appellare, & celebrare Donatistae sunt soliti, ut ex Optato constat, & Augustino libri post collationem cap. 16.: vel sane de Bagajensi Donato, qui Circumcellionum manum adversus Paullum, & Macarium Constantis legatos armavit, quem velut ab ipsis praecipitio necatum Donatistae itidem pro summo Martyre habuerunt, uti Optatus, & Augustinus variis in locis testantur. Hanc ergo crediderim germanam loci ejus lectionem, sed a quopiam historiae valde imperito imperite adjectam: quod & in Marculo, & Felice Abtungensi usuvenisse, memini alicubi & a vobis annotatum:

ut

(a) Totum hoc in posterioribus R. Martyrologii editionibus deletum est; idque harum fortasse ipsarum, ut equidem existimo, rerum caussa, quas hic Gravius admodum ingeniose, eruditeque attulit.

ut totum hoc quod de Donato ibi dicitur tamquam nothum, & adulterinum habendum, delendumque existimem. Et sane vehemens mihi suspicio est, nihil ejus in vetustissimis MSS. reperiri: cujus rei praeter ipsam lectionis summam in excusis varietatem, magnum mihi & Beda, & Ado argumentum praebent, in quorum Martyrologio hujus argumenti nullum ne vestigium quidem est reperire. Quare ut hoc argumentum concludam, vel totum hoc resecandum, vel una cum Marcellino etiam Ursacium submovendum censuerim. Verum ego judicii hujus mei judicem vicissim te statuo; satis enim mihi fuit accuratius eum locum exponendi occasionem eruditioni tuae praebuisse, quod officium ab amico profectum animo non tibi futurum spero ingratum.

Quare, ut finem tandem imponam, ego doctrinae, industriaeque tuae plurimum in primis gratulor, Deoque gratias ago, qui hanc juvandae Reipublicae litterariae, sacrae praesertim, cogitationem tibi, curamque, & studium inspiravit, quem & rogo, ut quae animo complexus es ad finem, exitumque perducere possis, longam tibi, laetamque valetudinem cum gratiae suae conjunctam auxilio largiri dignetur. Ad me vero quod attinet, scito, me tibi jamdudum ex animo amicum, & singularem existere studiorum tuorum fautorem, amatorem, admiratorem, magnique habiturum beneficii loco, si me in amicorum vicissim tuorum album referre dignaberis, quo liberius tecum, familiariusque per litteras posthaec agere liceat. Quod si, ut spero, ab humanitate tua impetravero, ita me tibi obnexum devinctumque reddideris, ut quidquid opella hic nostra praestari posse arbitraveris, id totum audacter tibi ex nobis liceat polliceri. Bene vale, Reverendissime Domine.

Lovanii ex Theologico Collegio 16. Kalendas Jun. anno 1588.

EPISTOLA XI.

CAESARI BARONIO

CHRISTOPHORVS PLANTINVS.

Caussam reddit, cur recudendo Romano Martyrologio supersedendum tantisper fuerit.

Tertias tuas in Martyrologium Romanum emendationes, R.P. lubentissimo, uti priores, animo recepi, & continuo ei, qui librum secundum correctiones tuas emendandum susceperat, tradidi

didi suo loco singulas restituendas. Cujus rei cum aliquantulum temporis impendendum fuerit, impressio Martyrologii paullum etiam differenda fuit. Adde quod harum regionum instituta eam item non parum retardent: ista scilicet librum nullum typis excudi permittunt, nisi prius ab Ecclesiastico Censore probatum, & Regio privilegio munitum. Haec omnia obstitere, quominus rem jam dudum aggressi simus; aggrediemur autem cum primum his cunctis pensatum satis erit; & quanta fieri poterit, cura atque diligentia prosequemur. Idem de doctissimis tuis Annalibus intelligas velim, simul ac folia reliqua recepero. Praesertim cum id opere maximo adsuadeat Reverendissimus noster Laevinus Torrentius, qui doctius quid isto opere, aut utilius vidisse se numquam, adfirmat. Vale, R. P. in precibus tuis apud Deum nostri memor.

Antuerpiae postridie Idus Aug. 1588.

EPISTOLA XII.

CAESARI BARONIO

LAEVINUS TORRENTIUS. (a)

Ejus scripta laudat, suamque operam in iis corrigendis, dum Antuerpiae recuduntur, prolixe offert.

VIdi, doctissime Baroni, quod Christophori Plantini typis imprimi cupis Martyrologium tuum, vidi & Annales Ecclesiasticos, eam saltem partem, quam ad hunc usque diem transmisisti, incre-

(a) Antuerpiensis Episcopus, de quo Baronius supra, epistola XXV. Is puer Lovanii Philosophiae operam dedit, & mox ad jurisprudentiam animum adjecit, quam ut purius hauriret, animique cultum uberiorem capesseret, in Italiam venit; ac Bononiae aliquamdiu moratus, Romae deinceps plures annos versatus est, ubi facile se in Guillelmi Sirleti, Fulvii Ursini, Gabrieli Faerni, aliorumque, qui tum hic vivebant, doctorum virorum amicitiam insinuavit. In Belgium reversus, ac litteris, & legationibus domi forisque spectatus ex Canonico, & Archidiacono Brabantino, illiusque Principis Vicario Generali, Antuerpiensium Episcopus est renunciatus. Tandem obiit Bruxel ae VI. Kal. Majas anno 1595. aetatis LXX. Vir fuit eruditione sane multiplici, verissimeque de eo Justus Lipsius lib. II. Elect. cap. 17. judicavit dum, virum fuisse scripsit non in omni re litteraria solum, sed in Poeti (quod mihi quidem, inquit, eximium est, qui scio Poetam praestantem neminem fuisse sine parte quadam uberiore divinae aurae,) magnum, vel potius summum. Scripsit de partu Virginis libros III. versu lyrico. De vita D. Paulli libros II. versu heroico. De cruento Dei sacrificio libros V. De bello Turcico, & victoria navali ad Naupactum. Odarum ad Amicos libros II. De obsidione Lovaniensi per Martinum Rossemium. Commentarium in Suetonium. Commentarium in Q. Horatii Flacci opera Antuerpiae anno 1608. a morte Auctoris editum, una cum ejusdem commentariolo ad Legem Juliam & Papiam de matrimoniis ordinandis. Denique operibus posthumis Jo. Goropii Becani praemisit epistolam apologeticam pro Goropio adversus Josephum Scaligerum stomachosius in Goropium invectum. Consule, si plura de homine cupis, Laurentium Bieyerlinck, Aubertum Miraeum, Sanderum, &c.

incredibili affectus laetitia ob ingentem utilitatem, quam summo labore, studio, atque industria, doctrinaque tua Sanctae Dei Ecclesiae contulisti, nec omittere potui, quin, tametsi ne nomine quidem notus, has ad te litteras darem, meamque offerrem in hac Civitate operam, siquid forte editioni horum operum prodesse possim. Romae enim non tam emendata (quod sane dolendum est) prodierunt, quam Saeculi hujus inter tot verae Religionis adversarios censura postulat: nihil enim a calumnia tutum est. Et hoc quidem ut facerem me rogavit Plantinus noster, sed tamen monitum te ante volui: odiosa enim in tali negotio ultro se ingerentium alienis lucubrationibus diligentia est. Verum levia sunt, quae a me animadverti posse videantur, nomina interdum propria locorum hominumque, ac veterum familiarum. Sed exceptis operarum mendis nihil mutabitur, cujus non te faciam per litteras certiorem. Hoc interim tibi persuade, optime te dignitati, atque existimationi consuluisse, quod Plantinum praestandae isti operae delegeris. Facilius, citiusque penetrabunt in orbem terrarum, ac longe lateque differentur, quae in hoc celeberrimo emporio prodierint, unde & uberior in publicum fructus, qui meo judicio in hostes quoque nostros haereticos redundabit, detecta illorum imperitia, dicam, an perfidia? qui tanto nomine, ac fama rerum Ecclesiasticarum memoriam per Centurias evulgarunt: quorum infanda mendacia refellere, ac coarguere facillimum esse semper arbitratus sum, sed difficillimum novam, atque integram tot aetatum simul, tantis in tenebris, dignam Ecclesiae Dei majestate historiam perscribere, quod te praestiturum ex iis principiis spero, & gaudeo, ac Deum opto propitium, ut quod felicissime abs te coeptum est, ipse perficiat, sine quo frustra omnis noster est labor. Fuit autem hic proximis hisce diebus Reverendissimus D. Lindanus Gandavensis Episcopus, cum quo de te multa collocutus, cum ex ejus praedicatione vehementius te amare coeperim, quo me redames, & amicum vicissim agnoscas; ausus fui sacra quaedam poemata mea ad te mittere, quorum quia quartam nunc editionem paro, velim ea per te perlegi; occurrent credo nonnulla, quae ad institutum tuum faciant, ac sententiam confirment, ut ex adverso tuis in annalibus quaedam, quae me adducunt, ut non nihil vel addam meis, vel detraham. De quo postea Deo volente scribam latius, nam ut nihil dissimulem, non in omnibus assentiri possum, omnia tamen admiror, & veneror. Vale nostri Saeculi decus, atque Illustrissimo Card. Antonio Carafae nostro, ac bonorum omnium com-

commuui patrono officiose me commenda, uti & Collegae ejus Gabrieli Paleotto: hi enim inter alios ante multos annos Romae me foverunt, nec injucunda, ni fallor, ipsis nominis nostri memoria est. Antuerpiae 6. Kal. Septembres 1588.

EPISTOLA XIII.

CAESARI BARONIO
CHRISTOPHORVS PLANTINVS.

Significat, se propediem R. Martyrologio excudendo manum admoturum.

Scripseram nuper ad te, R. P., perlata ad nos esse folia Annalium Ecclesiasticorum, quae abs te data erant; tradidisse nos ea Reverendissimo hujus Urbis Episcopo, illumque scriptionem ad te promisisse, quod cum nunc praestet, paucis insimul te certiorem facere volui, redditum tandem mihi esse Martyrologium tuum Romanum a Censoribus Ecclesiasticis, atque missum esse a me Bruxellas ad obtinendum privilegium ab Aula, quod ubi impetravero, nulla mora erit, quin statim praelo subjecturus sim, & quantam fieri poterit diligentiam, curamque adhibiturus. Vale, R.P., nostri in precibus memor.

Antuerpiae Pridie Kalend. Septembreis 1588.

EPISTOLA XIV.

CAESARI BARONIO
ANTONIVS POSSEVINVS. (a)

Baronio gratulatur de lucubratis ab eo operibus; tum qua methodo, formaque emitti in lucem Annalium opus velit?

Buon pezzo è, che nel cor mio lodo Dio Signor nostro, per le utilissime fatiche fatte da V. R. a benefizio commune. Et

X quan-

(a) Hic patria Mantuanus aetate maturus, & humanioribus litteris perpolitus 1560. Soc. Jesu institutum amplexus est. Multas, ac periculosas exinde peregrinationes religionis caussa suscepit: in Gallia Calvinianis grassantibus fortiter restitit: in Sveciam, Poloniam, & Moscoviam a Romanis Pontificibus missus, magna, & difficilia cum variis Principibus negotia feliciter transegit, obiitque senex Ferrariae anno 1611. Praeter Apparatum sacrum, Bibliothecam selectam, Commentarium de rebus Moscoviticis, scripsit plura tum Latine, tum Italice, quae à Petro Ribadeneira, & a Philippo Alegambe in Bibliotheca Scriptorum Soc. enumerantur.

quanto meno le hò communicato questo mio sentimento, tanto più con fatti hò procurato, che lo scorgano & i miei Uditori, dove mi è convenuto di ragionare in publico, & alcuni Principi Settentrionali, ai quali vò mandando le sue opere. Però anco particolarmente mi pare adesso tempo di significarlo a lei, colla quale vivamente mi congratulo, & desidero di presenza abbracciarla in *Domino*, siccome già coll'animo spesso lo fò; & le prego da Dio Signor nostro quel vigore di forze, il quale sia necessario al compimento di sì grande fatica, che Dio le hà posto alle mani. Et desidero grandemente, che si contenti farmi grazia di scrivermi con suo agio, se tutti gli Annali sono finiti da lei, nei quali non sò desiderare altro, salvo che ci fosse un Compendio dell'historia in se, & che il restante uscisse con questo titolo. *Commentarii in Annales Ecclesiasticos*. Sicchè i discorsi, che utilissimamente sà, servissero come di notationi, & ricca parafrasi, & il filo dell'istessa historia fosse tanto più & da Principi, & da altri letta, quanto fosse più piana, & più breve. Et come V. R. hà fatto sì grande parto, poco le costerebbe coll' ajuto Divino fare anco questa. Benchè forse l'haverà fatta. La prego poi, che si contenti scrivermi, se hà nissuno esatto giudicio fatto da alcun valent'huomo sopra gl' historici, o ecclesiastici, o profani, o amendue insieme, o se de Concilii sà chi abbia fatto tale fatica, che sia in procinto per stamparsi, sicchè escano incorrotti in quanto si possa. Io poi mi offero per sempre Servo a V. R., siccome sono sempre stato a tutta cotesta Santa Congregatione, la quale salutando con tutto l'animo prego, che per me preghi.

Di Venetia il dì 13. di Ottobre 1588.

EPISTOLA XV.

CAESARI BARONIO

CHRISTOPHORUS PLANTINUS.

Quid impedimento fuerit, quominus adhuc ad Annales imprimendos aggressus sit?

Accepi postrema doctissimorum Annalium folia; quae laetus admodum tuli ad Reverendissimum Laevinum Torrentium Episcopum nostrum, a quo eadem opera sperabam, me priora folia recepturum, ut praelo statim ea subjicerem. Ille vero dixit, se

a R.

a R. D. V. responsum ad suas exspectare, in quibus monuit de quibusdam, quae ad historiam Romanam spectant mutandis, proinde suadere se ut tantisper ab imprimendo abstinerem, donec responsum accepisset: quod, etsi aegre, (maluissem enim voluntati tuae de hoc statim inchoando acquiescere) promisi ad aliquot dies me facturum. Nunc autem ternionem unum Martyrologii tui mitto, in quo serio, & sedulo laboramus; idem simul pariter facturi in Annalibus, ubi Reverendissimus noster responsum acceperit. Interea si quid tibi sit, quod displiceat, mone, quaeso, audacter: nos libenter quantum fieri poterit parebimus. Vale.

Antuerpiae 19. Octobris 1588.

EPISTOLA XVI.

CAESARI BARONIO

HIERONYMVS HIGVERAS.

Baronii lucubrationes laudat, rogatque, det operam, ut in R. Martyrologium plurium sanctorum, qui in Hispania colebantur, nomina ab iis, quibus id negotii datum erat, referantur.

QUamquam ante quatuor annos, & eo amplius in lucem ederis doctissimas, & absolutissimas ad Martyrologium Gregorianum observationes, paucis tamen abhinc diebus in manus meas devenerunt. Sive quod editiones istiusmodi sint, quod brevi in varias partes libri distrahantur, sive culpa bibliopolarum, qui raro ad nos has merces revera preciosas important. Sane eo libro mirifice delectatus sum; & accessit cumulo laetitiae, quod in eo significabas, te brevi editurum Annales Ecclesiasticos ante decem annos abs te summa cura (ut ex fragmentis conjicio) elaboratos. Faxit Deus cito fidem tuam liberans nos tanto thesauro velis locupletare. Unum hoc tibi vere possum confirmare, nostrates homines summo desiderio teneri utriusque laboris tui. Da quaeso, per tuam humanitatem, & fidem, sedulam operam, ne tamdiu docti tanta sua exspectatione frustentur. Illud pro summa observantia, qua Sanctos nostros veneror, & colo, te velim obtestari, vir humanissime, agas cum gravibus, & doctis viris, quibus negocium datum est in dies perficiendi Martyrologii Romani, ut nonnullos Sanctos praetermissos in id opus referant. Scis

 enim,

enim, qualis, quantaque fuerit D. Constantia Magni Constantini filia, cujus elogio singulari D. meminit Ambrosius *(a)*, quae tamen praetermissa est. Hujus mentionem facit Missale Ambrosianum 18. Februarii; & in libro precum graeco-latinarum excuso Parisiis 1549. apud Jacobum de Puys sub signo Samaritanae 17. Februarii. Adhaec est infans quatuos annis natus Joannes, cognomento Christophorus, qui a Judaeis crucifixus est anno 1490. ipso die Parasceves, die 9. Aprilis, de quo liber circumfertur; habet basilicam in oppido Guardia tractus Occamensis. Judaei vero ab Inquisitoribus jussi sunt exuri. Adhaec, quae Obdulia dicitur, Ottilia, vel Odilia est in tabulis Toletanis, haec est una de numero praecipuarum Comitum S. Ursulae. Adde, quod D. Vuilgefortis Lusitana Virgo, & Martyr est. S. Liberata soror SS. Quiteriae, Basilicae, & aliarum, quas genuit C. Attilius Lusitaniae Regulus (in vulgatis Codicibus perperam ponitur Cattilius, conjunctis litteris, quae debuissent alias esse separatae). Fuit hic (ut ex tabulis Ecclesiae Pampilonensis constat) consanguineus Imperatoris Juliani. Hujus Virginis, & Martyris corpus asservatur in templo Episcopali Ecclesiae Saguntinae in superbo Mausoleo conditum, quod & frequenti fidelium observatione colitur. Hoc ultimo loco addam, S. Latronis festum cadere in 26. diem Martii, ex manifesta computandi ratione. Nam annus, quo Christus passus est, fuit tricesimus quartus, litter. Domin. C. Aureus numerus. 16. incidit Pascha in 28. Martii, & proinde dies Parasceves fuit 26. Martii. Praetermiseram, in Ecclesia Abulensi coli 23. Julii D. Seculinam in Albigensi oppido natam, Gravesci Comitis Pictonum filiam, quae matrimonio sociata Gindulpho viro clarissimo, perpetuamque servans virginitatem a morte mariti in coenobio miraculis clara decessit. Unum est, quod in calce epistolae deprecor, ut si quod habes de vita S. Liberatae Comensis, candidus impertias, & si jam vulgasti Annales tuos, mihi significes. Vale, Vir doctissime, & perge qnod facis, bonas litteras tuis sacris honestare laboribus.

Occaniae Calendis April. 1589.

EPI.

(a) Præter Ambrosium ab Higuera memoratum, libro de Virgin. num. 17, & sequent., agunt de S. Constantina (sic enim ex S. Damasi epigrammate vocanda est, non Constantia, quod vulgo faciunt) Bollandus ad diem XVIII. Februarii; Baronius ad Ann. 324, num. 107, Tillemontius, & Mazochius in Kalendario Neapolitano. Ceterum si vitam Hieronymus hic Higueras, quod ignoramus, diu produxit, ejus, quod cupiebat, compotem sese aliqua ex parte in posterioribus Rom. Martyrologii editionibus videre potuit: S. Vilgefortis enim mentio fit XIII. Kal. Aug., & Odiliæ meminit ipse Baronius Non. Septembr. in notationibus.

EPISTOLA XVII.

CAESARI BARONIO

LAEVINUS TORRENTIUS ANTVERPIENSIS EP.

De quibusdam ab se lucubratis Elegis Annalium operi, quod factum est, praemittendis.

NEscio, an post meas priores litteras etiam alteras receperis, nullum enim responsum hactenus vidi. Sed interea fui toto Martio Bruxelliae, eo Regio jussu accersitus ob publica negotia, quo antequam proficiscerer Plantini genero Elegiam quamdam meam tradidi ad te mittendam, ut si forte non displicuerit, Annalium tuorum immortali operi praefigatur, quod nunc pene absolutum est, uti Martyrologium. Operam autem nostram tibi probari gaudeo, si quid ultra possim, tibi semper paratam. Elegiae, quam dixi, nondum summam imposueram manum, cum hinc discederem, sed reversus imposui, tuum tantum judicium exspectans. Vale.

Antuerpiae die 13. Aprilis anni 1589.

EPISTOLA XVIII.

CAESARI BARONIO

ROLANDVS WINCHELIVS.

De Commentario de rebus gestis S. Theclae, quem Basilio Seleuciensi attribuunt, ab se in latinum converso.

INtermissam scribendi ad te consuetudinem ut ex intervallo repeterem, plane apud me constitutum erat, quascumque in Orbis partes commigrassem, & praesertim vel ea de caussa, quae mirum in modum in hanc usque horam me torsit, quod promissis standum foret, de evulgando, edendoque in lucem Basilii Seleuciensis Episcopi commentario, quo res gestae D. Theclae fuse ad posteritatem proditae continentur (a). Itaque litterarum occasio-

(a) Acta Paulli, & Theclae non minus quam ipsius historia falsitatem redolent, cujus auctores fuere Metaphrastes, & Basilius Seleuciensis, si forte huic Episcopo non fuit suppositi.

ſionem ſcribendarum nactus, quod negotio ex animi ſententia confecto ſumma ſua cum laude Auditor Camerae reditum inſtitueret, mihique, qua eſt humanitate, operam ſuam prolixe deferret, non potui ſine negligentiae culpa, ſine litteris digredientem ad Urbem, inanemque dimittere, quia vel ſchedam feſtinationis plenam meae erga te conſtantis voluntatis, & obſervantiae teſtem, quam nulla locorum intercapedine, nulloque temporum intervallo imminutam, integram conſervo, ad te darem. Tui me amantiſſimum, & iis, qui ſummo amore te proſequuntur, proximum, ob praeſtantes, & pene divinas animi dotes, & admirandam totius antiquitatis peritiam, non dubito, quin jam inde, a quo mihi ad tuam familiaritatem aditus patefactus eſt, & ad ductum tuum me applicui, probe compertum habeas; quod ut aliquo argumento iis, qui ſingulari tuo beneficio me colunt, qui tam honorifice ſuperioribus annis in vita D. Theclae mentionem mei feceris, patefaciam, vehementer laboro. Certum eſt, ſi quando a re pecuniaria paratior ero, vitam D. Theclae ſub tuo nomine

poſita, ut opinantur Eruditi, praecipue Natalis Alexander. In ea, quod tam reprehenditur in actis, aſſeritur ſalus Falconillae, quae in infidelitate obierat, S. Theclae precibus ab inferni poenis liberatae, ac Theclam adhuc viventem terram excepiſſe. Ibi etiam narratur, quod in eiſdem apocryphis S. Theclae actis, feminis nempe permiſſum praedicandi, ac baptizandi munus obire; unde Metaphraſtes S. Theclam Evangelium annunciaſſe ſcripſit, quinimmo & ſemetipſam baptiſmi lavacro abluiſſe. Sur. 23. Sept. §. 11., & 13. S. Baſilius etiam homines, ac feminas baptizaſſe dicit, & de ipſius praedicatione non ſemel loquitur, immo ex S. Paulli juſſu conciones habuiſſe.

Inter fabulas recenſenda nihilominus non putat Tillemontius Memoir. Eccleſ. tom. 2. p. 1. quamplurima, quae de S. Thecla circumferuntur, ea ductus ratione, quod quae tot PP. de Thecla ſcripſere, hauſerunt ex iis, quae fidelium traditione in Eccleſia narrabantur: quae via etſi prorſus tuta non eſt, ſufficit tamen, ut non facile reſpuantur, quae tot viri illuſtres non abs re eſſe ſcribere judicarunt, ac ad fidelium excitandam pietatem conducere. Merito S. Virginem commendatam putat a S. Methodio conv. pag. 94., non ſolum ob profanam philoſophiam, ſed multo magis ob divinam ſcientiam, atque Evangelicam, qua ipſam D. Paullus imbuerat. Amore Virginitatis a D. Paullo adeo incenſam narrant PP., ut Sponſum, cui promiſſa erat, omnino reſpuerit, quamquam eam ſervare haud potuerit, niſi Matris illecebras poſthabendo, minas Patris flocciſaciendo, ac Sponſi diras perſecutiones tolerando. Ambr. de Virg. l. 2., & 3. Gregor. Nyſſen. in Cant. hom. 14. Chryſoſt. hom 72. Method. conv. pag. 130. Epiphanius haereſ. 79, cap. 5.

Narrant Patres, multa etiam ob Chriſti fidem paſſam eſſe crebro, unde S. Iſidorus Peluſiota lib. 1. ep. 109., & Evagrius lib. 3. c. 8. primam martyrem nuncupant, & S. Gregorius Nazianz. orat. 3. inter celeberrimas Chriſti victimas recenſet; ac duplici martyrii, & virginitatis corona ornatam dicit S. Chryſoſtomus tom. 1. hom. 72. Leonibus diſcerpendam expoſitam fuiſſe ſcribunt, eos tamen Chriſti virginem abſque laeſione venerabundos reliquiſſe. Ab igne etiam immunis exiit. Ambroſ. in Pſalmo 104. de Virg. & ep. 25. Chryſoſt. tom. 6. hom. 44. Nazianz. carm. 4. Ceterum nulla fere tormentorum genera fuere, quibus Theclae conſtantiam ſuperare non tentaverint; unde auctor vitae S. Syncleticae, quae habetur apud Bollandum 5. Jun., eam S. Theclae comparat, quam, ait ipſe, notum eſt, poſt ignem, beſtiaſque, omnibus tormentis cruciatam fuiſſe. Adhuc tamen indeciſa quaeſtio eſt, an inter ipſos cruciatus ad ſuum Creatorem evolaverit. Et Bollandus incruenta morte obiiſſe ſentit. Nec refert, S. Theclam inter martyres a Patribus numerari, nam primis Eccleſiae ſaeculis Martyres dicebantur qui Martyrum tormenta toleraverant.

mine emittere. Verum cum maximo usui esse possint, plurimumque lucis afferre queant quae de D. Thecla ab Eusebio scriptis commendata in Escuriaco asservantur, ex re fore judicavi, si vel tuam auctoritatem per litteras apud Garciam de Loaysa interponas, qui omnia unico nutu tuo praestiterit, vel commendationem diligentissimam Cardinalis Aldobrandini, qua laborem hunc Reipub. fructuosum maximopere juvari, levarique posse reor, impetres. Haud difficile erit factu, si sedulo in hanc curam incumbas. Salutem ut tibi impertiar, Ferdinandus de Mendoza Concilii Illiberitani commentator locupletissimus, etiam, atque etiam rogat. Ama me, & si commodo fiat tuo scripto interdum lacesse.

Madriti Idibus Junii 1589.

EPISTOLA XIX.

CAESARI BARONIO
FRANCISCVS RAPHELENGIVS.

Certiorem Baronium facit de Christophori Plantini morte, docetque quo loco I. Annalis editio esset; tum typographica alia quaedam persequitur.

DOlendum jam est, vir praestantissime, quod alias ridiculum fuisset, quod ego scilicet insulsus homo te tot, & tam seriis rebus intentum ineptis meis litteris interturbem: cum vero id modo occasione adeo laeva, & tristi faciam; & istud, & quod serius ad binas tuas litteras responsum mittamus, non condonabis tantum, scio, etiam condolebis. Cum enim Avus meus, Christophorus Plantinus, priores tuas cum iis, quae inserenda erant Martyrologio, & quae addenda ad calcem Annalium, paullo antequam decumberet, recepisset; statim mihi (qui id in tuis eram solitus) curam demandavit, omnia prout indicabas, emendandi, disponendi. Jam igitur folium illud Martyrologii recudi coeptum erat, cum ille die SS. Trinitatis, ex templo B. Virginis rediens, in vehementissimum incidit morbum. Memor nihilominus tui, inter immensos ex apostemate interiori dextri lateris dolores, ad utrasque tuas (nam interea alterae adlatae erant) & unam Illustris D. Consali, responsa mihi dictavit: at quoniam ob maximam aegritudinem subsignare ea nequibat, eadem mittere in meliorem opportunitatem distulimus. Ceterum cum Deo O. M. visum sit, virum

virum optimum Avum, & patronum mihi cariſſimum, ex turbido hoc, & miſero Mundi pelago poſt emenſos eximia conſtantia ſeptuaginta, & quinque aetatis annos, tandem in pacatum, & felicem ſalutis portum, Kalendis Juliis, evocare; compoſitis nos paullum mentium, & negociorum fluctibus, nihil potius exiſtimavimus, quam reſponſiones, quas in adverſariis exceperam, deſcribere, & tibi, ac D. Conſalo Ponce tranſmittere. Deſcripſi itaque eas, & eam, quae ad D.Conſalum erat, his adjungo; eam, quae ad te hac eadem charta poſt ſubnectam. Jam vero heredes omnes uno animo, uno ore, te, D. Conſalum, cunctoſque amicos, quorum iſtic degentium inſignem ſaepe favorem expertus eſt Plantinus, obnixe rogant, eamdem iſtam benevolentiam, quam in ipſum exhibuiſtis, in poſteros etiam ejus conſervare non dedignemini; eorumque opera, ut vobis devotiſſimorum libere utamini. Quia autem de his exiſtimo, avunculum meum Joannem Moretum, Avi mei generum, ad quoſdam iſtuc ſcribere, iis ego ſuperſedebo. Ad res tuas quod attinet, Martyrologium abſolutum ſcis, &, ut ſpero, habes. Brevi etiam habebis Annalium tomum primum: praeter enim Indicem reſtant tantum terniones tres, praetermiſſa quae miſiſti, ante Indicem cudentur. Sed notas illas, & diſtinctiones Romanae editionis, aut noſtrae viſum eſt mutare, & ſequi numeros folius noſtrae. Cupio ſcire, quomodo ratio correctionis, & interpunctorum, atque orthographiae noſtrae tibi placeat. Si quid diſplicet, manda: erimus deinceps circumſpectiores; & cum noverim, neminem eſſe tam oculatum, quin plurimi paſſim eum fugiant errores, ſi quos majoris momenti repereris in Annalibus, indices quaeſo, ut poſt Indicem adjiciantur.

Audimus, Tomum ſecundum iſtic ſub praelo fervere, quamobrem ſi abſque moleſtia tua fieri poſſit, majorem in modum petimus, folia, quae jam cuſa ſunt, tranſmittere non graveris; quo interea perlegat ea Reverendiſſimus noſter, ut abſoluto iſtic opere, tanto maturius idem hic incipiamus.

Eſt apud nos juvenis noſtras, Gallici ſermonis peritus, in typographica, & latinis litteris mediocriter verſatus, Graecarum non omnino rudis, qui ſummo Italiam viſendi flagrat deſiderio. Sed cum ingenio, & genere ſit libero, ſervilia refugit miniſteria, Petiit itaque a me, ut per litteras R. D. T. interrogarem, poſſet ne iſtic munus, conditionemve honeſtam reperire in domo Cardinalis cujuſdam, aut Magnatis, vel etiam in Typographia Vaticana? Ecce quam libere tecum primo ad te ingreſſu agam, tu me contra

ut

ut famulo tibi deditissimo utere, ut lubet, in quibuscumque tandem obsequiis, non inutilis tibi opera nostra videbitur.

Illustri D. Consalo Ponce de Leon litteras his adnexas tradere non graveris, rogo. Eas ex ore decumbentis Avi mei excepi, non potuit ille nomen subscribere. Tu id illi, vir clarissime, indices, obsecro. Vale,

Antuerpiae in typographia Plantiniana 7. Idus Julii 1589.

EPISTOLA XX.

CAESARI BARONIO

IACOBVS DE MARQVAIS.

Annalium Ecclesiasticorum principium, quod in manus suas hactenus pervenerat, plena manu laudat, & quousque perducere eosdem decreverit, doceri cupit.

Redditae sunt mihi litterae dilectionis tuae, Amantissime Pater, decima nona Augusti, in quibus nihil gratius, nihilque optatius mihi contingere potuit, quam ex his intelligere, me in tali dilectionis gradu haberi, ut optes dari occasionem aliquando nos mutuo amplexu invicem salutandi. Sane hoc tibi persuasum habere velim, me flagrantissimo pariter tui amoris desiderio teneri, ut quod olim de Davide, & Jonatha dicitur in libro Regum: *Conglutinata est anima Jonathae animae David, & dilexit eum Jonathas quasi animam suam*, de me erga te idem dici possit. Quid ni? cum per eruditissima tua Scripta in Martyrologium Romanum novos aculeos amoris mihi addas. Exstant siquidem tum ab aliquot mensibus, & omnium feruntur manibus, a quibus, & avidissime exspectatur primus Tomus Annalium Ecclesiasticorum. Ego impatiens morae egi cum genero piae memoriae Plantini (e vivis enim excessisse existimo te intellexisse) ut quaterniones aliquot illorum ad me transmitteret, quod & fecit ut summa necessitudine mihi conjunctus; sed cum quanta animi aviditate, & epistolam tuam ad Summum Pontificem, & praefationem, simul principium apparatus legerim (non enim tot quaterniones misit, ut finem ejus viderem, & principium Annalium) Deus scit. Nisi enim vererer offendere animi tui modestiam, dicerem libere quid mihi, & aliis, immo Reverendissimo Domino Nostro doctissimo, & peritissimo historiae Ecclesiasticae visum de his fuerit, ut ex ore ejus

audiverim bo. mem. Dominum Lindanum olim dixisse, nos pueros, & debalbutire in historia Ecclesiastica comparatione tui. Cujus judicium verissimum de te necesse est, fateamur. Sane nihil doctius, nihil operosius, ac dignius inveniri potest. Quod si Dei bonitas te in vivis relinqueret, usque dum ad finem usque historiam Ecclesiasticam deducere posses, esset thesaurus prorsus incomparabilis, & armamentarium quoddam contra inimicos Ecclesiae Dei paratissimum. Quousque vero dictam historiam perducere decreveris, si molestum tibi, ac grave non fuerit, quaeso, significare digneris. Spem nobis facit absolvendi primum tomum Annalium brevi, quem non legere, sed devorare mihi videor, ita aestuo desiderio illorum. Ubi secundus tomus Romae absolutus fuerit, per amicitiam nostram obsecro, & oro, ut ad nos transmittere velis, satisfacturus libentissime quidquid pro eo impendendum erit; nullis enim sumptibus parcere vellem pro tanto thesauro mihi comparando. Ubi Martyrologium Sanctorum Belgii piae memorie Domini Molalani, cujus aliquando feci mentionem, editum fuerit, dabo operam, ut ad manus tuas perveniat. Et si quid sit, in quo in hoc nostro Belgio aliqua in re operam tibi navare valeam, significare digneris, & me paratissimum semper invenies. Gratissimum mihi fuit ex litteris Ven. Canonici Domini Martini Vander Hande intelligere, illum necessitudine summa tibi devinctum, qui mihi conjunctissimus fuit, & mihi aliquid suggessit de ratione vestri Oratorii, & Ordinis, de quo aliquid a te audire mihi erit gratissimum. Antequam finem scribendi faciam, venit mihi in mentem, pium quemdam Religiosum Ordinis nostri S. Benedicti meditari Martyrologium Sanctorum nostri Ordinis, in quo paucis perstringet vitam singulorum. Is reliquerat apud me quorumdam librorum nomina tibi transmittenda, quibus juvari potest in historia sua scribenda, sed illa interciderunt. Si tibi non grave sit, dignaberis significare, quibus auctoribus juvari possit. Vale, dilecte Pater, ac unice amice, & me tuis precibus commendatum ire digneris; ego vicissim hac in parte tibi non deero, sed in dies te, tuasque lucubrationes divinae bonitati commendabo, quatenus ad finem tam utile opus complere valeas.

Ex aedibus nostris Martinianis hac die 19. Augusti 1589.

EPI-

EPISTOLA XXI.

CAESARI BARONIO

FRANCISCVS RAPHELENGIVS.

Significat, daturum se operam de Correctoribus ne subleflae fidei sint. Quo proximo anno cogitet?

NON uno nomine gratae heri mihi fuere traditae tuae litterae: nam quod b. m. Avo meo Plantino justa persolveris, solatium quod nostra officia accepta habeas, gaudium mihi attulit. Utroque nomine gratias tibi agimus ingentes, referemus ferente occasione. Quod igitur in praesentia possumus, operam nostram omnem, & diligentiam offerimus prompti ad doctissima tua opera excudenda, quo tibi, & piis aliorum desideriis, quantum fieri queat, satisfaciamus. De correctoribus autem quod mones, ne suspectae eos fidei habeamus, sed in Catholica Romana Religione exploratissimae, justa tua petitio: verum ut in eo negotio b. m. Avi mei prae reliquis semper enituit accuratio; ita nemo nostrum hac in re, uti spero, illi cedet. Sane quantum ad me attinet, qui nomine Viduae Aviae meae correctioni, & typographiae ex parte praesum, serio, & sedulo invigilabo, dum hic ero, ne quid in hac officina committatur in detrimentum Reipublicae Christianae Catholicae. Dum hic ero, inquam, ut qui, cum juvenis sim, nullique obstrictus, summo desiderio ardeam futuro anno (juvante Deo O. M.) me ad vos conferre; in Italiam enim me ire ad multa utile est, ut absim ab his turbis, quibus misere distrahitur Belgica, ut videam, & discam &c. Nihil tamen certi adsevero; dum res nostrae obitu Avi paullum turbatae ad aliquot adhuc menses me hic detinent. Juvenis, de quo nuper scripseram, mutato consilio, alio se contulit. Tu ignosce, quod nimis audacter molestiam tibi ejus caussa dederim. Litteras, quas Reverendiss. nostro te scripsisse indicas, necdum recepit. Multum ille te salutat, & secundi Annalium tomi terniones nobiscum exspectat avide. Exstruxi Avo meo monimentum chartaceum, ejus aliquot exemplaria, sarcinae librariae ab Avunculo meo missae adjunxi, primum tibi, inde D. Consalo Ponce, atque aliis amicis, si videatur, distribuenda. In isto monimento affectum meum potius adspicite, quam ingenium; ille eximius, hoc exiguum. Va-

le R. P., meque tui observantissimum, tuaeque eruditionis admiratorem summum scito. Antuerpiae in officina Typographica Avita. Postrid. Nonas Septembres 1589.

EPISTOLA XXII.

CAESARI BARONIO

IACOBVS DE MARQVAIS.

Baronio auctor est, ut abdicato munere ad populum de loco superiore verba faciendi, totum sese Annalibus perficiendis impendat.

Etsi postremis tuis litteris abunde satisfecerim, nihilominus opportune admodum per occasionem praesentium latoris, qui mihi summa necessitudine conjunctus est, mittere has volui. Siquidem amor nescit modum, cui stimulos addidit, quod de R. V. Paternitate mihi narravit Magister Carolus Jumon, qui incolumis ad nos reversus est, cum quo jucundissimum mihi fuit conferre sermones, tum de exercitiis tuis, valetudine, ac corporis forma. Inter reliqua, quae mihi narravit, demiratus sum qua ratione Concionatoris munere fungi valeas, cum in tuis lucubrationibus edendis occupatus sis, quae dum totum hominem requirunt, cum ista functio in Ecclesia Dei sit maximi ponderis, proculdubio tamen illud, quod meditaris de historia Ecclesiastica longe superare mihi videtur; illud siquidem praesentes tantum spectat, istud vero totam posteritatem, & totam Ecclesiam, quae sane mirifice illustraretur, si tantum opus mirifice absolvere posses, quod nescio si a multis saeculis (absit omnis adulatio) tam utile opus in lucem prodierit. Adhuc non hodie contigit mihi habere negotium cum aliquo inveterato haeretico, cui nihil utilius consulere potui, quam ut cum notationes tuas in Martyrologium, tum ut Annales Ecclesiasticos diligenter legere velit, quibus evolvendis confido illum habiturum rationes haeresim rejiciendi. Cum itaque tam utile Reipublicae opus naves, quaeso ut uni huic rei incumbas, reliquis praetermissis, ut tandem feliciter omnium exspectationi satisfacere possis. Jam adspiro ad editionem tomi secundi, quem spero absolvendum ante reditum harum latoris ad nos, cui pignus amicitiae nostrae tradidi Christi in cruce pendentis imaginem, licet te eum in corde gestare non dubitem, quem, ut boni consulas, rogo.

rogo. Spero subsequente aestate amicitiae juncturos nos dexteras Deo propitio, & concupitis amplexibus perfruituros. Ago vero R. P. V. non mediocres gratias, quod eximium Dominum Magistrum nostrum Gerardum Vossium mihi amicitia conjungere dignatus sis, cujus lucubrationes gestorum insigniorum Gregorii IX. mihi attulit dictus Magister Carolus, pro quibus illi gratias immensas ago, quod & litteris me brevi facturum spero. Finem facturus, precor Divinam bonitatem, ut piis tuis conatibus deesse non velit, sed promovere dignetur ad suum honorem, totiusque Ecclesiae Dei utilitatem. Vale Pater Amantissime.

Ex Domo nostra Martiniana Tornaci hac 24. Septembris 1589.

EPISTOLA XXIII.

CAESARI BARONIO

MARCVS FVGGERVS. (a)

Narrat, coepisse jam se interpretationem suam ad posteriorem Annalium latinorum editionem exigere.

ANte dies octo tuam quidem mihi vero pergratam accepi epistolam, qua me recte mones, ut in trasferendis tuis Annalibus secundam editionem sequar, quod illa & emendatior sit, & auctior. Conquisivi illam statim (nam exstare eam ignorabam), inventam obiter evolvi, & quod scribis ita se habere, intellexi. Mihi profecto non parum laboris accessit, quod meam translationem, quae jam magnam in partem processit, revidere, & cum hac secunda editione conferre necesse est. Verum non poenitebit laboris, quod sciam, me nostris hominibus hoc opere magnam lucem allaturum. Novi enim multos, qui multa in Ecclesia nostra vel contemnunt, vel negligunt; quod si earum originem scirent, & primam fontem gustassent, dubium non est, quin rectius de iis judicarent: ex hoc autem opere haurire possunt, si volunt, aquam veritatis. Nam versionem meam sic comparavi, ut non summatim, sed singula singulis verbis germane reddiderim, ita quod quilibet germanicae linguae peritus omnia exacte intelligere poterit. Quod spectat ad difficiles illas quaestiones Theologicas, de quibus mentionem facis, quod illas multi non intelligent, hoc tibi facile do, sed ea in re non mea versio, sed illorum ignorantia in cul-

(a) Vide quae de Fuggero diximus supra ad Epist. XVIII. p. 205.

culpa erit. Tu vero, mi Baroni, in opere tuo perge, & ſiquid amplius perfeceris, Camillo noſtro communica. Is facile ad me transmittet, ſi forte unum, aut alterum ex tuis tomis adhuc transferre poſſem. Plures fortaſſis aetas prohibebit.

Bene vale. Auguſtae 4. Novembris 1589.

EPISTOLA XXIV.

CAESARI BARONIO

IACOBVS DE MARQVAIS.

Oſtendit, quanti fiant in Belgio ejus Annales eccleſiaſtici.

SUperioribus diebus ſcripſi tibi litteras, quibus ſignificabam R̃mum noſtrum Epiſcopum Tornacenſem eſſe in itinere, ut ad Urbem viam dirigeret. Is ſummo deſiderio tenebatur te inviſendi, ac conveniendi, jam credo potitus ſuis votis. Deprehendes in eo ſummam eruditionem, ac reconditam cognitionem hiſtoriae Eccleſiaſticae cum ſingulari pietate, ac ſanctitate. Utinam daretur tam ſanctis, ac eruditis intereſſe colloquiis! Jucundiſſimum mihi erit intelligere tuum judicium de tanto viro, cui quondam ſumma fuit neceſſitudo cum piae memoriae Reverendiſſimo Epiſcopo Lindano.

Exſpectat quam avidiſſime gener Plantini, ſi qui in ſecundum Tomum Annalium tuorum impreſſi ſint quaterniones, ut quamprimum typis ſuis hic mandare queat. Auxit pro tertia parte precium primi Tomi, ita avide ab omnibus comperatur, ut brevi amplius nulla exſtabunt exemplaria. Si in progreſſu Annalium opera noſtra egeas in his, quae ſpectant Sanctos noſtri Belgii, poteris unico verbo indicare, & jucundiſſimum mihi erit tuis votis ſatisfacere, ut tam utili operi aliqua ex parte prodeſse valeam. Si exſtaret Martyrologium piae memoriae D. Molani de Sanctis hujus Belgii, non mediocriter inde juvareris. Dabo operam, ut D. N. Mr. Gravius quamprimum curare velit, ut in lucem mittatur.

Traditae mihi ſunt quaedam litterae a R. D. Priore Coenobii Aquicinctienſis, quas ſummopere rogavit a me tibi tranſmitti, itaque eas his preſentibus adjunxi. Ex earum lectione facile poteris cognoſcere animi ſui intentionem.

Interea jubeo Reverentiam tuam bene valere, rogans majorem in modum, ut per primum nuncium velis me per tuas litte-

ras

ras certiorem de omnibus rebus facere. Hoc mihi gratius accidere nihil poterit.

Dignaberis, quaeso, hoc memoriale his tuis litteris inclusum tradere D. Martino Vanden Sande Canonico, quem etiam meis verbis plurimum salutabis. Iterum vale.

Tornaci ex Coenobio S. Martini 13. Novembris 1589.

EPISTOLA XXV.

CAESARI BARONIO

IVLIUS EPISC. WIRCEBVRGENSIS.

Annales laudat, atque in iis conscribendis ut strenue pergat, hortatur.

QUam mihi, doctissime Vir, litterae tuae gratae fuerint, non ex eo tantum, qui eas mihi reddidit, sed inde etiam cognosces, quod libros, quos petieras, studiosissime curarim. Eosque jam ad te misissem, nisi partim Venetiis Graece, partim etiam Parisiis Latine, maxima ex parte non ita pridem editos cognovissem. Si vero aliud quid fuerit, in quo honestissimis studiis tuis, ac laboribus commodare possim, id equidem perlibenter fecero. Video enim, quod & tibi gratulor, perutile, valdeque hactenus ab Ecclesiasticae antiquitatis studiosis optatum scriptionis genus te incepisse, ad quod cum tam difficile, arduum, ac varium sit, aequissimum est, omnes nos, quam quisque possumus, opem & momentum afferre. In eo, doctissime vir, tantum perge naviter, laborum magnitudo ne te terreat. In Dei Ecclesiam quaqua versum tuae istius industriae utilitas redundat. Cumulatissimam is mercedem olim dependerit, a quo scribae illi in regno Caelorum docti commendantur, qui de thesauris suis nova, & vetera proferunt. Vale. Ex B. Virginis Arce nostra Wirceburgica ipso ejusdem Virg. Annunciationis die. 1590.

EPI-

EPISTOLA XXVI.

CAESARI BARONIO

ROLANDVS WINCHELIVS.

A Baronio contendit, ut edendi commentarii de S. Thecla curam suscipiat, itemque alterius cujusdam opusculi ab se lucubrati.

QUod serius fortasse, quam optaras, opus susceptum pertexui, nulla in me culpa residet, sed liqua est, in occupationes rejicienda est, a quibus vix tantulum otii impetravi, ut subcesiva hora diei una, atque altera animum ad id adjicere licuerit, quod non sine gravi salutis periculo, jacturaque valetudinis antelucano tempore frustra a me tentatum fuerat. Perpolivi tandem, Deo juvante, & deprecatrice Thecla Virgine Basilii Seleuciensis commentarium, atque a sexcentis mendis, quibus foede deformatus fuerat, & oblivionis injuria vindicatum, integrum, quantum fieri potuit, pristino nitori restitui. Summa tamen religione in hoc munere versatus sum, ut nec usquam, ne latum quidem unguem ab auctoris sensu discesserim. Quid autem hac in re praestiterim, recte intelligentium judicio relinquo. Tuum erit R. P., quod te auctore, meaque industria e tenebris erutum est, ut utilitas aliqua ad posteritatem manet, tua auctoritate, gratia, commendatione typis excusum varias in Orbis partes emittere; ut quod semel ornandum suscepisti, omni beneficii genere abs te cumulatum in lucem exeat. Id etiam abs te Josephus meus de Machabaeorum rebus gestis efflagitat, qui, quod pressus eo in libro sit, & succintus, vix sine ullo tuo incommodo, magnisque impensis Pontificis mandari typis poterit; de quo, ni grave sit, cum Latino Latini communicabis, quidve statueritis, cum per otium licebit, perscribes. Cui autem uterque dicandus sit, amabo te, sensum mihi tuum significa; hoc mihi nil futurum est gratius. Reverendissimus Lindanus abdicato Ruremundensi Episcopatu ampliori longe Sacerdotio Gandensi cohonestatus est. Vale, mi Pater, & plurimum salutis dic meis verbis lectissimo, doctissimoque viro Latini, quem absentem singulari observantia prosequor.

Veronae 8. Kal. Martias 1591.

EPI-

EPISTOLA XXVII.

CAESARI BARONIO

F. DVX VRBINI.

Gratias Baronio agit de misso ad se III. Annalium Tomo; seque ad gratificandum eidem quibus rebus possit quam paratissimum ostendit.

HO tardato fin quì di rispondere alla lettera, con la quale ella si è compiaciuta mandarmi il terzo Tomo delli Annali da lei mandato in luce, per non essermi giunto prima, che hora. Adesso dunque vengo a ringratiarla con tutto l'animo di questa sua nuova amorevolezza, assecurandola, che mi è stata infinitamente cara, & per la qualità dell'Opera degnissima per se medesima d'esser molto estimata, & per la continuazione, che mi rappresenta della sua solita buona volontà verso di me; ed insieme con ringraziarnela quanto più cordialmente posso, l'assecuro, che siccome io estimo grandemente & le virtù, & la Persona sua, così mi trovarà sempre paratissimo ad ogni occasione di benefitio, & honor suo, per le quali tutte me le offero fratanto di buon cuore, & Iddio le conceda ogni bene.

Di Pesaro li 30. di Marzo 1592.

EPISTOLA XXVIII.

CAESARI BARONIO

NICOLAVS SERARIVS.

Quanti Baronius in Germania fiat? De F. Costerio, Lipsio, & Principe VVittembergico.

QUot, & quanti jam ad te salutatores! Futurum plane puto, ut quod de Livio Divus scripsit Hieronymus, de ultimis Hispaniae, Galliarumque finibus te videre, tecumque agere cupiant quamplurimi. Certe quidem de Germania nostra ita est. Is ipse, qui has defert, R.P.Franciscus Costerus, tui in ista sua senectute, judiciique maturitate, studio, & amore totus ardet. Tua sic admiratur, & praedicat, ut eorum Epitomen jam cogitaret, nisi

nisi eam istic adornari audiisset. Est vero iste vir toto Belgio, & nostra ista Germania ob animarum zelum insignem, praestantem doctrinam, virtutem, & concionandi vim percelebris. Videris forte ipsius aliquot contra haereticos controversias, & meditationum libros. Multis ad salutem iter patefecit, multorum in vita perfectiore pater est: a quo de Belgio toto quidquid voles, quod ad aedificationem spectet, intelligere poteris, etiam de D. Lipsio, quem filioli loco habet. Is his ipsis diebus, magno plurimorum dolore, mortuus ferebatur. Sed hunc iste Pater dolorem absterfit, qui jam jam illis ex partibus advenit. Vicinus nobis Luteranus Princeps Wittembergicus cum pridie vesperi laute, hilareque coenasset, seque, ut Lutherus, cubitum contulisset, mane habere male coepit, triumque horarum spatio excessit, hujusque Septembris tertio Tubingae sepultus est. Ei in Principatu succedit Montis Pelicardi Comes, qui Calvinismi valde hactenus suspectus fuit. Quam deinceps haeresim professurus sit, incertum adhuc. Nam in quodam Sosmidelini, & Bezae colloquio Montpelgartisi ad Lutheranos revertisse videbatur. Sed jam vale, admodum Reverende amicissime D. Caesar, & meum in te ignem ex istorum, qui ad te veniunt, Patrum aestu aestima. Admodum Reverendo D. Bozio, cujus libros reliquos hisce nundinis prodituros audio, ejus fratri, totique S. Congregationi vestrae, & D. Amanuensi tuo, tantum quantum licet in Domino Salvatore, salutis precor.

Herbipoli 14. Calend. Octob. 1593.

EPISTOLA XXIX.

CAESARI BARONIO.

CAROLVS II. DVX LOTHARINGIAE.

Baronio recens collatum honorem Purpurae gratulatur.

PUisqu'il a pleu à Sa Sainčteté rendre si illustre preuve, tant du singulier soin, & jugement, qu'elle a de pourveoir aux premieres charges, & dignités de l'Eglise des personages entierement accomplis, que du particulier estat, & estime qu'elle a toujours fait de vos trés rares vertûs, qualités, & mérites, en les couronant du Saint chapeau, je n'ay voulu manquer aussy de vous rendre quelque témoignage par la présente de la joye, & contantement, que j'ay eu trés grand d'entendre, que cette élection si digne de Sa Sainčteté se soit rencontrée avec le désir que j'avois dés long-

long-tems de vous ſcavoir de ce rang, pour l'aſſeurance, que j'ay tant du bien & advantage qui en reviendra au Service de Dieu, de Son Egliſe, du S. Siége & de Sa Sainčteté, qu'au bien particulier de mes affaires, ſelon que juſqu'icy vous avez démonſtré aux occaſions de les avoir en recommandation, & en tenir compte. En quoy je vous ſupplie continuer à m'obliger, à-préſent que les moyens de les favoriſer vous ſont creus; Comme de ma part je continueirez ſemblablement au déſir..... & affection de vous ſervir, & les..... en toutes les occurrences, oú vous me voudrez employer. Et cependant aprés m'eſtre trés affectueuſement recommandé à vos bonnes graces, je prie le Créateur vous donner, Monſieur, en ſanté heureuſe, & longue vie.

De Nancy ce premier Juillet 1596.

EPISTOLA XXX.

CAESARI BARONIO

ALEXANDER MEDICEVS CARD. DE FLORENTIA (a).

Baronio de Cardinalatus dignitate, qua a Pontifice auctus eſt, gratulatur.

SE bene io hò ſcritto a V. S. Illma, nondimeno havend...... replico, & dico, che ſe Sua Santità non mi haveſſe nel ſuo Pontificato fatta altra gratia (che me ne hà fatte infinite) io ſolo...

(a) Hic eſt Leo XI. ex nobili Mediceorom familia natus Florentiae an. 1535. Piſtorienſis Epiſcopus creatus eſt, mox Florentinus Archiepiſcopus. Pietate, & prudentia claruit. A Gregorio XIII. inter Purpuratos Patres adſcriptus, a Clemente VIII. graviſſimis in rebus ad conſilium adhibitus, & in Galliam ad maxima negocia Apoſtolicae Sedis Legatus a Latere directus, rem ſibi commiſſam optime confecit. Clemente VIII. defuncto in ſublimi Apoſtolicae Sedis faſtigio a ſacro Senatu collocatus eſt; ſed paucos poſt dies lethali morbo vexatus fato functus eſt, quo tempore maximum virtutis exemplar dedit: rogatus enim ab omnibus Proceribus, ut pronepotem ſuum Sacra Purpura ornaret, conſtantiſſime recuſavit. Quam rem Ven. Card. Baronius t. 12. Annalium Eccleſ. ad ann. 1187. num. de Gregorio VIII. duorum menſium Pontifice locutus, commemoravit his verbis. *Leo ſanctae memoriae Papa XI. ne unum quidem in Pontificatu menſem explevit. O rerum humanarum inconſtantiam! Creatus Pontifex Kal. Aprilis, eſſe morte deſiit 27. ejuſdem; ſed qui vere egregio, ac ſingulari virtutis exemplo, conſummatus in brevi explevit tempora multa.... Aegrotans ſuaſionibus plurimorum adduci non potuit, ut nepotem ſuum, modeſtiſſimum adoleſcentem, quem penes ſe educaverat, & unice diligebat, crearet S. R. E. Cardinalem.... Vicit licet infirmus corpore, robore animi id ſtudioſe petentium, importune exigentium, & extorquentium violenter quorumdam Cardinalium atque Regiorum Legatorum ſummam potentiam... Confeſſarium ſuum.... iſta ingerentem longe longius repulit, expulit, & ad ſe amplius accedere vetuit: ut quem magis indulgere affectui conjunctorum, quam animae ſuae ſaluti conſulere cognoviſſet: delecto poſt haec ad ſacrum munus Poenitentiae impendendum viro digniſſimo Petro de Matre Dei a Rocca Hiſpano Carmelitano reſtitutae obſervantiae cuſtode, & propagato-*

lo ......, resterei obligatissimo havendola promossa al Cardinalato, il che se bene a lei, che è rimessa in Dio, non preme più, che tanto, debba premere a tutti i buoni per l'esempio, che ne possono cavare ancora i rei, che la virtù sia esaltata, la quale non è coperta, ma nota a tutto il Mondo, Opera degna di Clemente VIII. Hò sentito con molto piacere, che V. S. Illustrissima sia allogiata in casa mia, di che non mi habbia obligo nessuno, perchè l'obligo lo debbe havere a Monsig. Illustrissimo Aldobrandino, al quale io l'haveva concessa, Non mi poteva già far Sua Signoria Illustrissima maggior gratia, che darla a lei, la quale se io vi hò parte alcuna, se ne serva come di cosa sua, portandoli io tanto affetto, che non può mai essere frà me, & lei divisa cosa alcuna, il che dico in verità. Per darli conto di me sono arrivato a Parigi sano, & salvo con tutta la compagnia, se bene mi soprastano molte difficultà, nondimeno spero felice successo della mia legatione, massime se sarò ajutato dalle orationi ...... e di Sua Beatitudine, alla quale supplico V. S. Illustrissima, che ...... piedi in mio nome, & gli affermi, che io son tu ...... amore per servire a Dio, e a Sua Santità, sendomi scordato di tutte le altre cose; con il qual fine me gli raccomando, che Dio la conservi, & prosperi.

Di Sciartres presso Parigi 15. Luglio 1596.

EPISTOLA XXXI.

CAESARI BARONIO

CLEMENS PVTEANVS.

Henricum a Lotharingia Romam adeuntem, ut illic boni Pastoris officium edoceatur, plurimum commendat.

ILlustrissimus Princeps Henricus a Lotharingia frater Illustrissimi Cardinalis Vademontani piae memoriae, & Reginae Viduae a puero in nostris Scholis Parisiensibus, Mussipontanis, & Virdunensibus est institutus, ubi a primis Grammaticae rudimentis usque ad extremam Theologiam diligentem, & fidelem navavit operam: quodque praecipuum est, rarae virtutis, & pietatis exemplum dedit,

gatore, Sacrique Palatii a Clemente VIII. delecto Concionatore, sub cujus miuisterio animam feliciter Deo reddidit, victor, & triumphator amplissimus. (Et paucis interjectis subdidit.)

In triplici certamine, triplici victoria gloriosus, triplici palma triumphans, eluso mundo, confuso Satana, sibi dominans migravit in Caelum.

dit, sic ut spes nos prope certa teneat, eum fore posthac perutilem Ecclesiae Pastorem. Cum vero se in ea aetate videat, quae nondum plena, & matura sit ad munus Episcopi, cujus tamen nomen gerit, obeundum; plus vero satis matura, & provecta ad discipuli, & scholastici continuandum officium, judicavit ipse, nihil melius in praesentia se facturum, quam si per aliquod tempus Romae degeret, & ea per praxim videret, & disceret, quae per theoriam audivit, quae quidem ad boni Pastoris officium pertinerent. Ubi enim ea melius observaret, & addisceret, quam Romae? Romae vero apud quem commodius, & uberius, quam apud V. Illustrissimam Dominationem, cujus virtutis, pietatis, doctrinae, prudentiae, experientiae fama, nomenque universas Christiani Orbis Provincias implevit? Voluit proinde, quamquam per se commendatione dignissimus, non sine nostra ommendatione ad V. Illustriss. D. adire. Quod ego testimonium probitati ipsius pietati, diligentiae, modestiae, amorique, ac meritis erga nos tribuere officii mei esse duxi, non dubitans, quin ipsius conspectus gratissimus sit futurus Illustrissimae V. D., quam post humilia manuum oscula rogo Dominum meum, ut servet incolumem.

Mussiponti 6. Septembris 1596.

Edidimus primum tomum Commentariorum P. Maldonati, cujus exemplar propediem ad V. Illustrissimam D. mittemus.

EPISTOLA XXXII.

CAESARI BARONIO.

GREGORIVS GHERNIX.

De novo Ruremundensi Episcopo, & quid facto opus videatur ad frequentiorem Sacramentorum usum in ea Dioecesi stabiliendum?

JAm tandem post octennii lapsum viduatae huic Ecclesiae Ruremundanae provisum est bene de Antistite Reverendiss. Domino Nostro Henrico Cuyckio, viro ad eam functionem dignissimo, & undequaque instructissimo, qui superiore mense Augusto salvus, Deo laus, & gloria, Ruremundam maximo totius Cleri, & populi gaudio, atque applausu appulit. Is in initio sui regiminis considerans, populum hunc recenter Dei beneficio singulari, operaque Reverendissimi Domini Lindani amici vestri, dum viveret integerrimi, ex haeresi ad Catholicam fidem reductum ad fre-

frequentiorem SS. Sacramentorum usum plane esse tepidum, & ideo pro hoc initio inter cetera donis etiam, & munusculis spiritualibus ad ea frequentius, & cum fructu percipienda excitandum, & alliciendum fore; iccirco S. Sanctitati supplicare voluit, quatenus ad supradictum finem, ut in oppidis, & locis suae Dioecesis opportunis fraternitates B. Mariae Virginis erigendi, atque easdem ex thesauro Ecclesiae Indulgentiis dotandi Reverendissimae suae gratiae facultates concedere dignaretur. Ceterum in his ad Illustrissimam D. V. nos dirigere non dubitamus, ut quae pro sua innata humanitate quondam Reverendissimum Dñum Nostrum Lindanum, atque nos dum Romae essemus per annum 85., & alias saepius variis munusculis, iisque preciosis honorare, & omnibus benevolentiae, & amoris officiis colere non cessabat, etiam ejus successorem Reverendissimum D. Nostrum Cuyckium, uti speramus in supradictis donis spiritualibus a S.Sanctitate impetrandis, & malis ex Provinciis Juliae, & Cliviae manantibus avertendis adjuvare, & eadem benevolentia prosequi non gravabitur. Nos hic vicissim non cessabimus pro salute, & incolumitate Illustrissimae D. V., ut divinis donis repleatur, Dominum exorare.

Ruremundae 10. Septembris 1596.

EPISTOLA XXXIII.

CAESARI BARONIO.

PETRUS DE VILLARS ARCHIEP. VIENNENSIS.

Baronium laudat, quod tantopere humannas laudes aversaretur; ab eodem ecquid in Annalibus conscribendis perrecturus sit, doceri cupit.

Neque vero erat, quod D. V. Illma adeo illibenter exciperet quae paucula absque ullius adulationis fuco, fumove, vereque magis, quam amice ad eam (Orbis Christiani ergo, ac nomine) in Cardinalatus gratulationem nuper scripsi; abstinendum ergo mihi in posterum, quandoquidem propriis sic laudibus offenditur mira ejus modestia, quae plus satis hoc a se vulgi proverbium rejicit, *Honores mutant mores*. *Rara avis*. Is idem adhuc Baronius, quem olim (apud Philippum Patriarcham, ac Bosium praefectum Congreg. Orator.) fuisse memini; neque ad staturam suam adjectum cubitum ipse advertit. Sed calamum cohibeo. Rogitant amici litteratiores, num Annales sit prosequuturus? Respondeo

deo ego omnibus, nihil ambigendum, si numen vitam (ex piorum votis) concesserit: nec enim tot se negotiis obrui patietur, quin quotidianas aliquot horulas vel ipsis noctibus suffuretur tanti hujus operis gratia, quod mortalium nemo absoluturus aggrederetur. Porro quod me rogat D. V. Illma, ut sua opera liberius utar apud S. D. N., ipsius Christi more agit, qui ut petamus, quaeramus, pulsemus, jubet, urget, cogit. Significabit ergo ei R. D. Abbas noster San-Affrodisius, quibus nobis est opus. Pergo interim, nihilque non molior eorum, quae nostri sunt muneris, quoad possum. Perparum hoc quidem, quod tamen prius non desinet, quam ipsa mihi vita desinat. Bene vale, Cardinalis omnium ornatissime, meque tui amantissimum redama.

Dat. Viennae apud S. Mauritium 3. Id. Septembris 1596.

EPISTOLA XXXIV.

CAESARI BARONIO

FRONTO DVCAEVS.

Caussis reddit, cur Concilii Rhemensis apographum mittere nequiverit. Plura tamen e graecis hausta fontibus missurum se brevi pollicetur ad saeculi VII. historiam illustrandam.

CUm ad doctissimum virum D. Morum Rhemensem Decanum scripsissem, petiissemque, ut ex Floardi opere Mss. Canones illos Provincialis Concilii Rhemensis exscribi nobis curaret, quorum paraphrasim ad te misi, respondit ille pro sua in me solita benevolentia, cupiisse se nostro satisfacere desiderio, sed repertum tamen librum illum in Bibliotheca Collegii Canonicorum, in qua servabatur antea, non fuisse, licet eum diligenter D. Simon Hervetus clarissimi illius Gentiani fratris filius quaesivisset. Quominus poenitet me incondito, ac celeri stilo vertisse e Gallico illa paucula, quae legisti, ut ne hoc quidem eos fugiat, qui vernaculam nostram linguam minime norunt. Hoc vero etiam significandum censui, ne licet nos alienorum librorum editio toto hoc anno detinuerit, dum P. Jo. Maldonati commentarios praelo adornamus, nostri muneris oblitos putes, quod nobis olim imposuisti, ut si quid uspiam nancisci liceret, quod ad historiam Ecclesiasticam pertineret, ad te mttteremus, & tamquam novum Noe salutarem illam Arcam aedificantem tenui aliquo scalmo invento juva-

juvaremus, qua inter tot haeresum fluctus, tempestatesque bellorum, quae profani Christi Sponsae indicunt, tuto vecta casta veritas possit multorum saeculorum pelagus emetiri. Sed licet hujus Saeculi VI. narrationem paucis, aut pene nullis potuerimus inventis augere, speramus tamen fore, ut ad consequentis historiam e Graecis plura suppetant, quae conversa in Latinum Lutetiae apud amicos reliquimus, brevique nos recuperaturos speramus. Interim tamen hos binos libellos, quos Ingolstadiani nostri Patres edi curaverunt, offerre non dubitavimus; in quorum altero Nysseni sunt quaedam ab antiquis Conciliis citata, in altero Chrysostomi orationes duae nonnullis antiquitatis Ecclesiasticae notis respersae. Quale illud, quod de aqua benedicta domum a Christianis deferri solita non sine miraculi fructu narrat; quae cupieram equidem notis sub libri finem additis illustrare, simulque rationem emendationum reddere, sed praevenit exspectationem Typographus, nec in tanta locorum intercapedine moneri commode potuit, quod saepe magna librorum editoribus incommoda invexit, qui alio mittere sua coguntur excudenda. Tametsi quantumvis assidens praelo, ac sedens sat scio nunquam effecissem, ut errore nostra interpretatio vacaret, quod ad id munus obeundum vires meas infirmiores, quam par sit, experiar saepe. Sed nimirum tuo doctissimorumque aliorum virorum auxilio subnixus, & amica admonitione instructus ex hoc tyrrocinio, cujus specimen vides, ad majores progressus fortasse provehar; quod ne mihi subsidium desit una cum sanctissimarum precum tuarum praesidio supplex postulo, Deumque O. M. precor, ut te bono Ecclesiae suae natum quam diutissime servet superstitem.

Vale Mussiponti Prid. Nonas Septembres 1596.

EPISTOLA XXXV.

CAESARI BARONIO

ALEXANDER MEDICEUS CARD. DE FLORENTIA.

A Baronio contendit, ne minus justae quarumdam postulationi adesse apud se, & Rom. Pontificem velit.

DOverei rendere gratie a V. S. Illustrissima delle cortesi lettere, che mi hà scritte in risposta delle mie, ma perchè io sò, che ella non stà sopra queste cirimonie, & che hormai è certa della mia sincera volontà, lascerò questo da banda, & solo le dirò,

dirò, che la grazia, che hanno chiesta le Giovani de Tempi a Sua Santità di farsi monache, ò pigliare l'abito di Religiose di S. Caterina di Siena, dove han due altre Sorelle, è tanto contro a buoni ordini, & di tanto esempio alla mia Diocesi, che io son certo, che per servizio di Dio, & per amor mio V. S. Illustrissima si è per quietare, se io non la concedo, sperando, che ella ne sia per volere più per me, che per altri particolari, i quali non doverebbono, quando io sono assente, cercare per poco interesse cavare dal Papa quello, che tante volte è stato con molta ragione negato loro, nè farmi stringere da V. S. Illustrisima, che mi può comandare, & che non è informata de l'inconveniente, che ne nascerebbe, havendo sessantaquattro Monasterii nella Città di Firenze, dove possono essere monache, nè è negato a una per una l'ingresso di tutti. Han preso questi parenti gara con meco, & insieme li Frati di S. Domenico di volerla vincere, che non possono sopportare, che io mi habbia a travagliare de loro Monasterii. E' necessario, che habbino pazienza, perchè io giudico così servizio di Dio, & quiete de Monasterii, non havendo miglior modo, che questo a rompere le Tirannie, che si fanno per il numero delle parenti, & di tutto hò breve del Papa, il quale si contenterà; son certo, che V. S. Illustrisima non si rompa, & non si dispensi, con il qual fine quanto sò, & posso me le raccomando.

Di Parigi li 21. Settembre 1596.

EPISTOLA XXXVI.

CAESARI BARONIO

IACOBVS DAVY DV PERRON. (a)

Baronio Purpuram gratulatur; tum rata habuisse narrat Christianissimum Regem quaecumque Romae ipse transegisset, iisque subscripsisse.

JE vous écrivi incontinent aprés mon arrivée auprés du Roy une Lettre pour me conjouir, non pas avec vous, mais avec le S. Siege Apostolique, avec l'Eglise, avec la France, & finalement avec moi mesme de vostre heureuse promotion au Cardina-

A a lat.

(a) Consule, si placet, quae de Perronio dicta sunt a nobis ad aliam ejusdem Epistolam, quae est num. CXXXVII. tom. 2. p. 65.

lat. Maintenant ceste-cy sera pour Vous donner advis, comme le dixneufies de ce moys Sa Majestè ratifia en présence, & entre les mains de Monsieur le Légat toutes les choses promises, faites & négotiées par nous à Rome, mesme avec entiere, & expresse insertion de tout le contenû de la Bulle dedans la ratification; ce qu'elle fist si allaigrement, que tous les assistants en demeurerent ravís. Car lors qu' elle prit le cayer pour le signer, comme on lui voulut apporter une Table pour s' appuyer, il répondit tout haut ces propres mots „ Non, non, dit-il, à faire ceste office la main ne me tremblera point : je ne fais pas un faux Serment „ Je vous écris ces particularites scachant, combien pour l' affection, que vous portés à sa Majesté, & à la France temoignée par tant de bons offices, vous en recevrés de contentement. Monsieur de Luxembourg partira un de ces jours, par le quel je vous discourray plus au long des toutes choses. Et cependant prieray Dieu, Monseigneur, qu' il vous conserve longuement, & heureusement pour le bien de son Eglise.

De Paris ce 23. Septembre 1596.

EPISTOLA XXXVII.

CAESARI BARONIO

NICOLAVS FABER. (a)

Epistola tota officiosa est, & Baronii qua doctrinae, qua humanitatis, qua pietatis laudibus referta.

VErum nimis experior, Ampliss., & Rm̃e Cardinalis, quod alicubi summus apud Graecos rhetor scriptum reliquit, tantum laboris, ac difficultatis esse in iis laudandis, quae communem virtutem excedunt, ac iis quae nulla commendatione digna sunt: ut enim istis res desunt, ita etiam illis verba quibus ornentur non suppetere: siquidem acceptis Amplitudinis tuae litteris omni elegantia, suavitate, ac benevolentia refertis, quibus ob demandatum mihi Illustriss. Principis erudiendae, ac efformandae pueritiae munus honorificentissime gratularis, quantaque cum fide, diligentia, atque sollicitudine huic negotio incumbere, debeam graviter admones; cum gratias agere cogito, quibus verbis tam egregiam in me voluntatem exornem, non reperio. Non enim est vulgaris, aut sim-

(a) Vide quae de Nicolao Fabro diximus ad Epist. XXVIII. tom. I. p. 222.

ſimplicis benevolentiae, quod vir doctrina, probitate, ac dignitate maximus inter exordia ſummae dignitatis, quo praeter conſueta ſtudia gratulantium amicorum, ideſt omnium proborum, ac doctorum, quos ubique locorum Chriſtiani Orbis tibi amicos eximiae animae, ac ingenii dotes pepererunt ſalutationibus, ac epiſtolis excipiendis, reddendiſque, & graviſſimis occupationibus, cum privatim, tum etiam publice diſtrictum maxime fuiſſe par eſt, me nullius nominis, aut meriti homuncionem nullo meo beneficio tibi cognitum, pluribus autem tuis obſtrictum tam amabilibus, honorificiſque litteris dignatus es. Et ſane ut primum de tua exoptatiſſima in Sacroſanctum Cardinalium ordinem cooptatione rumor ad nos perlatus eſt, quamvis tibi gratulandi ſtatim impetus me ceperit, ſiquidem gaudium ingens in ſinu retinere difficile eſt; tamen hoc deſiderium dignitatis tantae magnitudo nonniſi cum religione adeundae, multitudoque negotiorum, quibus facile conjeci te in ea conditionis mutatione implicari, cohibuerunt. Cogitabam apud me, non ut conſolationes, ſic etiam ſeras gratulationes, ſi negligentia abſit, reprehendi ſolere; ſatiuſque eſſe vehementi meo deſiderio moram, advocationemque dare, quam nimium ei indulgendo non ſatis ex dignitate tua tecum agere. Timidiorem etiam reddidit, quod in locupletiſſimis tuis Annalibus ſumma cum laude non uno in loco appellatus, & eorum exemplari donatus, quod mihi non ita pridem redditum eſt, nondum tibi litteris gratias egeram; quo nomine foedi criminis reus apud te cenſeri, atque in offenſa eſſe potuiſſem, niſi quae tua eſt aequanimitas ſatis perſpexiſſes, mihi, qui Lutetiae permanſi quandiu inarmis ſtetit, urbem Rege Chriſtianiſſimo potito, nec dum cum Summo Pontifice bene convenienti, Romam ſcribere tutum non fuiſſe. Nunc autem in te quadrare illud animadverto, quo diſertus, & elegans quondam Orator Caeſarem ſuum affatus eſt. *Qui apud te dicere audent, Caeſar, magnitudinem tuam ignorant, qui non audent, humanitatem*. Cum enim dignitate Principibus antecellas; facilitate tamen, & benignitate infimis te parem facis. Nempe hoc efficit Chriſtiana illa ſui demiſſio antiquis philoſophis gloriae animalibus incognita, veram autem ſapientiam profeſſis, hoc eſt diſcipulis Crucis proprium, ac peculiare bonum, quo penitiſſime imbutus facile ad illud ſplendoris, & gloriae culmen, in quo nunc Eccleſiae praeluces, aſcendiſti. Siquidem veritas dixit: *Qui ſe humiliat exaltabitur*; nec Pompejo potius, quam cuivis alii dictum eſt, quo magis ſe hominem agnoſcit, eo propius ad Deum acce-

men illa indoles, ac laeta in puero vixdum octenni, & principe flexibilis est, facileque depravari potest; cum in cohortibus principum multo plures semper existant, qui eorum mores pervertere tentent, quam qui ad frugem corrigere. Socrates, & Seneca omnium saeculorum sapientissimi viri in adolescentibus discipulis decepti famae suae, alter etiam vitae detrimentum passi sunt. Plato bene notum quemdam virum commendans gnarus, quam proclive etiam in constanti aetate constitutis in deterius labi, hominem se commendare admonuit. Quid non igitur timendum est, ubi imbecillitati tenellae aetatis licentia accedit? Et tamen eo res nostrae redierunt, ut in ipsum Reipublicae nostrae status inclinare videatur, & ex ejus institutione recta, vel prava salus amplissimi hujus Regni, vel exitium dependeat. Haec, ut primum necopinanti mihi delatam eam curam accepi, cum animum subiissent, & cogitatione quanti ea res esset momenti, quantaeque molis, ac periculi comprehendissem, naturali quadam propensione tam ab aulico tumultu aversum, quam quietis, & otii peramantem in veteri vivendi proposito magis, magisque confirmarunt. Absit, ut quicquam sinistre de tam generosa indole ominer, sed quod cuiquam accidit, cuivis evenire potest, semperque illud antiquum proverbium valde laudavi: *Procul a Jove, dum a fulmine*. Accedebat etiam, quod eam curam capessenti suavissima consuetudine doctorum virorum, non male instructae bibliothecae fructu, & quod licet commutatione summae dignitatis grave tamen experiris, quotidiana studiorum libertate carendum esse nimis vere praevidebam; quae tamen bona opulentiorum fortunis potiora semper duxi. Quapropter nulla conditione me a pristinae vitae consuetudine avelli sivissem, nisi amici magnae in Repub., & apud me dignitatis, & auctoritatis viri eam timiditatem desidiam, inertiamque interpretantes invitum, ac reluctantem abstraxissent. Ut autem eis obtemperaverim, praecipua haec ratio fuit. Persuasum ipse habeo vitam nostram non, ut ait antiquus Senarius, *fortuna, sed sapientia regi, illa*, inquam, *Sapientia, quae a fine usque ad finem omnia regit fortiter, disponitque suaviter*. Mihi etiam ipse conscius sum, quidquid id est negotii non solum non ambitiose expetiisse, sed ne per somnium quidem quicquam de eo antequam deferretur, mihi in mentem venisse. In ea igitur re, quam solus improbarem, omnes suaderent, putavi debere Deo me tradere, illudque Cleanthis occinere, quatenus Christiano licet: *Duc me parens, celsique Dominator poli &c.* Quamvis

vis ergo non sim nescius, ut eruditio non desit, quae primae illi aetati bonis artibus initiandae sufficiat, nec enim adeo magna requiritur, mihi tamen in umbra, atque otio litterarum educato, & naturali vitio non satis firmae frontis, quod minime velim, prudentiam, auctoritatem, magnitudinemque, ac robur animi, quantum principi moderando, coercendoque satis sit, praesertim cum provectior fuerit, non suppetere; immensa tamen ejus benignitas, *qui infima mundi elegit, ut summa destrueret*, magnam spem inducit effecturum se, ut sit meae facultatis, quod esse fecit officii, ac voluntatis. Haec ad te pluribus, Maxime Cardinalis, quia ob tuum Francici nominis studium, quod publice scriptis tuis notum esse voluisti, curamque educationis, profectusque nostri Principis, quam tuis litteris prae te fers, ad tuas cogitationes pertinere video. Harum cum illam partem, qua eum officiosissime salutas, ipsi Principi interpretatus essem, & quisnam tu esses tum ex me, tum ex suo gubernatore Marchione Pisanio viro, ut ipsi Romae perspicere potuistis, generis antiquitate, morum innocentia, religionisque Catholicae indeflexo tenore, atque observantia nobilissimo didicisset; tuam amicitiam sibi honori maximo ducere, seque ut in ea voluntate erga se, atque hoc regnum perseveres, obnixe rogare, quam omni officio, ac studio erga te repensurus sit, significari tibi jussit. Ipse etiam Marchio, & nobilissima Marchionissa conjux plane animi Romani, virtutisque antiquae Matrona, se de tua promotione vehementissime laetos, tuoque nomini addictissimos esse profitentur. Haec saepe de toto vitae tuae genere, piisque exercitiis plura libentissime nobis narrare solet, tuisque praeceptis in pietate, ut certe pia est, multum profecisse ingenue agnoscit. Ego vero eum honorem in longos annos faustum, felicemque tibi, Ecclesiaeque Dei supplicibus votis oro; ut quod es, diu sis; quod facis, diu facias, Ecclesiaeque Dei, cui te consecrasti, diu inservias. Ita faxit Deus ille optimus maximus tandiu te laboranti suae Sponsae commodet, quandiu paribus tuis eguerit, tandemque senem, & plenum annis ad se recipiat. Eadem nostrum Pithoeum tibi optare certus quanti te faciat, & ut colat, fidei meae esse jubeo. Lutetia enim propter saevientem ibi pestem quatuor dierum itinere in villa sua degens, nunc abest. Gratissimum fuit, D. Priamum in tuam familiam receptum ex ejus litteris cognoscere. Id ejus bono genio adscribo, & ut idem ipse faciat, percupio, cum Lutetiae novi doctum, & pium. Spero te experturum fidum, ac diligentem. Haec aliena manu, ne duplici

plici toedio malum ſcriptum male depictum legendi afficereris. Vale, Cardinalis Ampliſsime, tuumque Fabrum in albo tuorum Clientum recenſeri patere.

III. Cal. Octobris 1596.

EPISTOLA XXXVIII.

CAESARI BARONIO

JVLIVS WIRCEBVRGENSIS EPISCOPVS.

Gratias agit de quibuſdam ad ſe Martyrum lipſanis tranſmiſſis.

GRatum mihi accidit, quando non ita pridem intellexi, Carolo in Hoff, quem ego amo plurimum, inſignem a Reverendiſsima, & Illma Dominatione tua oſtenſam eſſe humanitatem, & benevolentiam; nunc autem cum inaudio ſacroſanctas Martyrum reliquias ad me ex Urbe mitti Reverendiſsimae, & Illuſtriſsimae D.T. ope, & opera a Sanctiſsimo mihi nec petenti impetratas, video me novo, & ſummo affici beneficio, quaque ratione erga tam magnum benefactorem, ſi non re ipſa ſigno aliquo minimum exteriori oſtendam me viciſsim gratum, & beneficii accepti memorem, plurimum laboro. Accipio hunc theſaurum eccleſiaſticum a Sanctiſsimo, cui immortales ago gratias, datum dono; a Reverendiſsima, & Illuſtriſsima D. V. obtentum precibus, colamque quam poſſum religioſiſsime. Capiam ſacratos cineres, ſed in cineribus, ut cum D. Ambroſio loquar, *honorabo ſemina aeternitatis*. Et licet verear quodammodo petere, quod nihilominus animus avide appetit meus, tamen tua, Reverendiſsime, & Illuſtriſsime Domine, in me omneſque Catholicae Fidei addictos facit expreſsa humanitas, ut novum rogem beneficium, Sanctorum nempe, quorum nomina conſtent, reliquias ex Urbe, ſi non alia, hac maxime de cauſſa, ut illis in templorum, & altarium conſecratione, quod non eſt infrequens, utamur. Omnino ſpero, & iſta in re voto, ac deſiderio ſatis fiat meo, elaboraturam Reverendiſsimam, & Illuſtriſſimam D. tuam, quam ego opto florentem, & incolumem pro Chriſtiana re.

Herbipoli 8. Octobris 1596.

EPI-

EPISTOLA XXXIX.

CAESARI BARONIO

HENRICUS IV. GALLIARUM REX.

Significat, dedisse in mandatis Duci de Pigney, ut voluntatem in eum suam ipsi testatam faciat, seque redamari a Baronio vicissim cupit.

MON Cousin. Vous m'avez promis vostre amitié, & assistence de si bonne façon après vostre promotion au Cardinalat, que vous m'avez donné occasion d'en concepuoir une grande espérançe, comme j'ay faict; mais non sans désir de vous tesmoigner par effects, combien ceste bonne volontè m'est chere, & recommandée. C'est pour quoy s'en allant prester l'obedience en mon nom à notre très sainct Pere le Pape mon cousin le Duc de Pigney, Pair de France, Chevalier de mes ordres, & Capitaine de cent hommes d'armes de mes ordonances, je luy ay commandé de vous venir particulierement asseurer de la parfaicte affection, que je vous porte, & vous prier de me continuer la votre, avec asseurance, que comme Dieu m'a faict naistre le premier, & plus affectionné fils de l'Eglise, je désire me conserver ceste qualitè par toutes sortes d'observances à l'endroict de sa Sanctetè, & de tout le sacré Collége, ainsy que mon dit cousin le Duc de Pigney vous fera plus amplement entendre. Priant Dieu, Mon Cousin, qu'il vous aye en très saincte, & digne garde.

Escript à Roven le dernier jour de Novembre 1596.

EPISTOLA XL.

CAESARI BARONIO

NICOLAUS ZOES.

Facultatem dari petit exstruendi in Dioecesi Tornacensi Monasterium Capuccinarum.

SUnt in hac Dioecesi Tornacensi honestissimae aliquot Virgines, quae cupientes famulari Domino Deo in arcto vitae genere, ac cosiderantes fructum incredibilem, quem faciunt in Belgio PP. Cappuccini, summopere desiderant ad eorum exemplum hic suis expen-

expensis aedificare monasterium Matrum Capuccinarum, quas esse audiunt Romae, Venetiis, Mediolani, & alibi, petieruntque a me, vacante Sede, suum desiderium Sanctissimo D. N. exponi, quod libenter in me suscepi, commisso negotio D. Clementi Sublindio. Sed quia cognovi, cum ante annos quinque Romae essem in familia D. Reverendissimi Venduillii Episcopi Tornacensis, cujus memoria in benedictione est, zelum honoris Dei, quem idem Deus Illustrissimae D. V. largiri dignatus est, nolui omittere, quin Illustrissimae D. V. sanctum desiderium illarum virginum commendarem; humillime rogans, quatenus hoc negotium apud Suam Santitatem promovere dignetur.

Conservet Deus O. M. Domin. V. diu incolumem, eamque suis sanctis donis magis, ac magis cumulet.

Tornaci 7. Movembris 1596.

EPISTOLA XLI.

CAESARI BARONIO

IACOBVS DE MARQVAIS.

Baronii modestiam commendat; eumdemque rogat, cum Pontifice agat, ut Monasteria Belgii in unam societatem & vivendi formam redigantur.

Litteras tuas prid. Cal. Septembres scriptas accepi, quibus pro tua humilitate & animi modestia ad meam qualemcumque congratulationem rescribere dignatus es, haud immemor Sapientis: *Quanto major es in omnibus te humilia*, item: *Rectorem te posuerunt, noli extolli, sed esto quasi unus ex illis*. Haec una humilitas est, quae te Deo, & hominibus adeo gratum reddidit, ut huic ipsi adscribendum sit, quod ad tam sublimem dignitatis gradum evectus sis. Quam virtutem inter ceteras in te mire excellere bo. mem. Episcopus noster Venduillius animadvertit, & dictae tuae litterae nihil aliud redolent, quam veram animi summissionem, sicut & postremae ex Tusculano 3. Idus Octob. scriptae, quae nisi mihi animum addidissent, verebar ulterius meis litteris te interpellare, solum continuis precibus te Deo, ejusque Genitrici Beatissimae commendare statueram, sicque te fraterna recordatione amplectens amicitiam internam fovere. Verum quando jubes, quoad vixero coeptam amicitiam fovere non desinam,

B b omni-

omnibus modis, quibus potero. Jucundissimum mihi fuit intelligere in utrisque litteris, te progredi in tuis lucubrationibus. Confido de Dei bonitate, te in hac vita servaturum incolumem, quatenus extremi laboris volumen publico totius Ecclesiae bono feliciter absolvas, quod unum omnes pii impetratum ab eadem Dei bonitate summis votis, ac desideriis exoptant. Ut certissimum mihi persuasum habeo, tibi nihil magis cordi est, quam Dei gloriam, utilitatemque proximi promovere, ad quae plurimum conduceret, si monasteria Ord. nostri S. Benedicti (quae sunt amplissima, & frequentissima in hoc Belgio) inter se unita, & conjuncta forent, ut quia militant sub eadem regula, si quid in isthoc possis negotio apud S.Pontificem, rem utilissimam, & gratissimam faceres monasteriis nostri Belgii, quae inter se sunt adeo distincta, & divisa, quia non redacta in unam Congregationem, ut nullum sit, quin habeat suas caeremonias, & statuta privata. Piae mem. Joan. Franciscus Bonhomius Episcopus Vercellensis, (a) cum Nuntium ageret in illis partibus, & visitaret pleraque monasteria, meditabatur edere statuta generalia conformia regulae, ut qui voluissent ea amplecti, fuissent unius Congregationis. Quaeso, inter tot negotia, quibus detineris, animum ad illud negotium adjicere digneris, ac si fieri possit promoveas, rem facturus Deo gratissimam, & Monastico Ordini salutarem. Latius alias, ubi intellexero illud negotii te paratum amplecti. Interim vale, & me precibus tuis apud Altissimum, ejusque Genitricem omnibus venerandam adjuvare digneris.

Tornaci ex Monasterio D. Martino sacro 29. Novemb. 1596.

(a) Hic Cremonae natus 1539. sub Pii V. Pontificatus initium Romam profectus est, excepitque illum inter suos familiares S. Carolus. Ad Vercellensem Episcopatum promotus est anno 1572. Nuntius Apost. fuit, primum ad Helvetios, ubi Concilium Tridentinum ab illis populis suscipiendum curavit, & mores correxit, & clerum instituit. Anno 1581. ad Caesarem Nuntius profectus est, quo tempore eidem Pontifex demandavit depositionem Truchses Arch. Coloniensis, quem Luterana labes infecerat. Capituloque auctor fuit, ut Ernestum Bavariae Ducem, catholica pietate insignem, Archiepiscopum denunciaret, ut felici successu evenit. Anno 1584. Gregorius in Flandriam illum legavit, ubi etiam Sixti V. temporibus ad duos annos moratus est, tanto catholicae Religionis augmento, ut nil absolutius, perfectiusque facere potuisse videretur, si pro suggestu verbum Dei deviis illis populis enunciasset. Leodii tandem fato cessit 1587. die 26. Februarii.

EPISTOLA XLII.

CAESARI BARONIO

ODOARDVS SIMONIVS.

Baronium nimis alte repetito principio laudat, eique suo, & Episcopi Algarbiensis nomine Cardinalatum gratulatur.

Singularem Christi Dei & Servatoris nostri erga sanctam Ecclesiam providentiam, Cardinalis amplissime, admirari soleo, & cum animo meo reputare, nihil illi clarius, & antiquius esse, quam eam, velut carissimam Sponsam, sine intermissione tueri, omnibusque bonis locupletare. Nam ex quo unicus sempiterni Patris Filius ardentissima caritate incensus, ut genus humanum gravissima Daemonis tyrannide oppressum in libertatem vindicaret, e caelesti solio descendit, humanamque naturam induit, Ecclesiamque in terris condidit, & largissima sui sanguinis profusione sibi desponsavit, illi praesens adesse, illius salutem conservare, & augere numquam cessat, neque cessabit aliquando, donec tandem rebus humanis finem imponat, eamdemque Ecclesiam in beatissimis sedibus collocandam in caelum transferat. Praevidit ille quidem (quid enim divinam illius sapientiam latere potest?) non defuturos impios & sceleratos homines, qui ad oppugnandam, & evertendam Ecclesiam conjurarent. Quocirca admirabilem rationem inivit, qua nefaria illorum tela repelleret. Duo enim hominum genera adversus Ecclesiam praecipue conspiratura praenovit, unum nempe tyrannorum, alterum haereticorum. Duo etiam hominum genera ad utrosque profligandos in terris constituenda curavit, unum videlicet Martyrum, alterum Doctorum. Nam atrocibus tyrannis invictos Martyres, impudentibus haereticis sacros Doctores opposuit. Eodemque modo in tuenda, atque dilatanda Ecclesia usque ad hodiernam diem se gerere solet; & quamdiu res humanae exstabunt, sine ulla dubitatione se geret. Principes Judaeorum, quibus Sol nihil magis ingratum, atque scelestum unquam vidit, in Ecclesiam primi omnium invaserunt; tantoque impetu ad illius primordia labefactanda incubuerunt, ut nisi fuisset divinitus constituta, in tam tenera aetate tantam inimicorum vim ferre minime potuisset. Stetit tamen invicta, & ab

Apostolis, discipulisque Christi, quorum nonnulli in eo certamine gloriosam mortem oppetivere, egregie protecta, atque propagata fuit. Cum autem esset divino consilio praefinitum, ut primaria Ecclesiae Sedes in Urbe Orbis terrarum principe locaretur, Petrus Romam se contulit, ut omnium Christianorum dux cum Nerone omnium Tyrannorum duce congrederetur; & invito Orbis Imperatore, eoque non mansueto, aut moribus recte constituto, sed efferatae cujusdam belluae speciem in humana forma ad vivum repraesentante in ipsa imperii arce senex inermis, & inops simul cum divino Paullo, quem ille Deus ad hoc clarissimum facinus socium adjunxerat, Ecclesiam plantaret nullis umquam procellis, nulla vi, nullis machinis convellendam. Ceteri vero Apostoli disjunctissimas regiones peragrantes, omnes Tyrannorum minas, carceres, cruciamenta contempserunt. Et non solum gentes litteris, & humanitate excultas, sed feras etiam, & barbaras nationes ad Ecclesiam aggregarunt. Progressu deinde temporis Maximinus, Decius, Diocletianus, & alii inmanissimi Tyranni furorem, rabiemque suam in Ecclesiam evomentes sic sunt eam insectati, ut nonnisi illa deleta, atque exstincta se quieturos, minarentur. Sed longe alio, ac truculenti homines opinabantur, exitu res ea conclusa fuit. Tantum enim absuit, ut Ecclesia de statu suo concideret, ut incremento ingenti iisdem temporibus aucta sit. Quibus enim verbis, qua eloquentia, quo ingenio quisquam explicare poterit, quot hominum, feminarumque milia pro Christi gloria, pro Ecclesiae sanctitate, & dignitate omnibus acerbissimorum cruciatuum fluctibus libentibus animis se objecerint? Quanta animorum altitudine Tyrannorum jussa despexerint? Quanta alacritate ad mortem, tamquam ad suavissimas epulas, exquisitaque convivia cucurrerint? Variis Tyrannorum, & atrocibus in sanctae Ecclesiae propugnatores edictis omnia circumsonabant: carceres, & ergastula, in quae detruderentur, prae eorum multitudine jam deerant: in Urbibus conclusi cum ipsis pariter Urbibus horrendo incendio conflagrabant. Consules, Praefecti, Judices, Lictores Imperatorum jussu erant in exscindenda, & evertenda Ecclesia perpetuo occupati. Omnes tamen obstupefacti, atque confusi multo prius defecerunt, quam innumerabiles sanctae Ecclesiae propugnatores ab ea defendenda, atque dilatanda dimoveri potuerint. Trecenti jam effluxerant anni, cum sancta Ecclesia ex immani Tyrannorum carnificina invicta permanserat, & Constantino hujus nominis primo rerum potiente

mul-

multo latius, quam Romanum Imperium, fines suos protulerat, partaque pace quiescebat, suisque propugnatoribus, qui ad caeleste regnum jam evolaverant, publicos honores decernebat, sumptuosaque templa, atque aras exstruebat, cum perfidi, & scelerati filii ex intimis illius penetralibus prodeuntes in sanctissimam Matrem insurgere, ejusque quietem perturbare coeperunt. Et ut reliquos omnes, qui quamplurimi exstiterunt, praeteream, duorum tantum, qui pestilentiores fuere, venenumque suum latius sparsere, brevem mentionem faciam. Unus fuit Arius, alter Lutherus, uterque sanctissimis Sacris initiatus. Arius certe imperante Constantino de Summi illius Caeli, terraeque Conditoris, atque moderatoris Christi Divinitate impias opiniones introduxit; illarumque veneno potentissimos principes, & nobilissimas provincias adeo infecit, ut vix ulla regio in toto terrarum Orbe exstiterit, quae non fuerit ea funesta Christianae Reipublicae peste contaminata. Crudelissimi Tyranni innumerabilibus Ecclesiae defensoribus necem attulerunt; complures homines litterarum studiis dediti hanc pestilentem doctrinam miseris populis die noctuque inculcabant; de utrisque tamen sancta Ecclesia clarissimam victoriam reportavit; cum Tyranni etiam, dum viverent, gravissimis sint malis, & incommodis affecti, & post miserum, & infelicem exitum ad inferos praecipitati, ut sempiternas poenas luant. Sancta autem Ecclesia caelesti lumine illustrata de Divina Christi natura, infinitaque majestate, & imperio rectissime semper senserit; & eos qui hanc fidem non complecterentur, ab illa aeterna domo perpetuo excludendos, ubique gentium praedicaverit, piosque homines a Tyrannis hujus fidei gratia excarnificatos ad caelestes opes possidendas e corporibus tanquam e carcere emiserit. Nec minorem de Ario, & ejus sectatoribus in litteris exercitatis eadem sancta Ecclesia triumphum egit. Si quidem praeter alios sanctissimos, & doctissimos homines, qui Arii errores scriptis redarguendos susceperunt, Athanasius certe, & Hilarius, Deus bone, qui viri, & quanti! ita sunt in vesani hominis furorem invecti, itaque se tamquam firmissimum murum Arianis opposuerunt, ut egregiam de illis victoriam sanctae Ecclesiae multis editis libris pepererint. Quantas autem turbas nostro saeculo contra sanctam Ecclesiam Lutherus excitaverit; quam impudenter, & audacter in illam insurrexerit; quantum operae, studii, diligentiaeque in illa evertenda posuerit,
omni-

omnibus valde notum esse arbitror. Ab illo ceu pestilentissimo fonte quamplurimi profluxerunt, qui illius vestigiis insistentes, aliaque multa de suo furioso cerebro commentantes, portentosos errores in miseram Germaniam, Galliam, Belgium invexerunt, Angliamque detestabili Henrici VIII. insania a sancta Ecclesia alienatam omnium haereticorum asylum, omnium piratarum speluncam, omnium piorum carnificinam reddiderunt. Nec tamen clementissimus Christus suam carissimam Sponsam tantis inimicorum telis appetitam praesenti ope destituit; aut hostes in eam ita saevire permittit, ut laboribus pressa, & incommodis affecta de statu suo dejiciatur. Multos enim vera religione imbutos in provinciis, quas superius commemoravimus, in Angliaque praesertim singulari robore confirmat; & ardentissima defendendae Ecclesiae, gloriosaeque mortis illius gratia obeundae cupiditate inflammat; atque facit, ut quemadmodum eadem supplicia, quae erant olim Tyrannorum jussu omnibus Christianis proposita, nunc in Anglia sint universis constituta, qui S. Romanam Ecclesiam colunt, & observant, supremumque illius rectorem Dei in terris vicem gerere fatentur; ita etiam insignes triumphos, illisque veteribus simillimos nostris temporibus complures S. Ecclesiae propugnatores in eadem Insula consequantur. Jam quam multos viros doctrinae, & eruditionis laude excellentes ad ejusdem Ecclesiae defensionem, Lutherique, & Calvini, suorumque asseclarum oppugnationem idem praepotens Dominus excitaverit, nemo est, qui non videat, nemo, qui non intelligat. Ex omnibus enim Christianae Reipublicae provinciis nostra aetate multi litterarum studiis clarissimi in aciem contra impios, & sceleratos haereticos prodierunt, singularemque ex illis victoriam reportarunt. Te autem, Cardinalis amplissime, ne nostrorum videretur languere industria, atque ingenium hebescere, post ceteros propugnatores Sponsae suae summus ille Deus concessit; iisque sapientiae, & eruditionis opibus instruxit, quibus posses Ecclesiae fideliter, atque pie inservire, illiusque hostes facile profligare. Quas quidem opes non tu sub terra sepeliendas, sed in lucem, & in communem utilitatem proferendas curasti. Opus enim perficiendum suscepisti tuo singulari, & praestanti ingenio dignissimum. In quo utrum eruditionem, an diligentiam magis mirer, non facile dijudicare queo. Nam in multis sacrarum litterarum locis intellectu difficillimis dilucide explicandis, eam eruditio-

ditionem ostendis, ad quam pauci aspirare possunt; in historiis vero ad S. Ecclesiam pertinentibus diligenter investigandis, vereque, & fideliter tradendis, tantum studium tantamque curam adhibes, ut non ea, quae litterarum monumentis consignas, apud veteres, & probatissimos auctores legisse, sed cum gererentur vidisse videaris. Nec te tantum plurimis excellentis ingenii, ac doctrinae ornamentis affecit Deus, sed vehementem etiam cupiditatem acerbissima quaeque, atque durissima pro Christi gloria, & Ecclesiae sanctitate subeundi animo tuo ingeneravit. Quod qui tuas in Romanum Martyrologium annotationes perlegerit, intelligere facillime poterit. Nam cum de Thoma Cantuariensi Antistite Sm̃o viro agis, plurimosque Sacerdotes, & alios nobilissimos homines pro vera Religione, & Ecclesiae dignitate gravissimis suppliciis in Anglia affici commemoras, & Anglicanos juvenes, qui in Collegiis prudentissime institutis, & recte administratis, tam Romae, quam in Gallia, & in Hispania erudiuntur, ad hujusmodi triumphos graviter, & pie adhortaris, illis te socium adjungi, & eumdem vitae exitum tibi concedi cum summo animi ardore, atque inflammata caritate ab Omnipotenti Deo postulas. His itaque, & aliis tuis excellentibus in Christianam Rempub. meritis impulsus S. D. N. Clemens VIII. te in amplissimum Cardinalium Collegium nuper cooptavit, tanto omnium eruditorum applausu, tanta laetitia, ut omnes optimi, sapientissimique Pontificis in Te ad hunc summum honoris gradum evehendo judicium magnis laudibus extulerint; firmamque spem conceperint, cuncta Christianae Reipub. prospere eventura, si a tanto, tamque sapiente Pastore diutissime gubernetur. Longius me provectum esse fateor, quam litterarum ratio postulabat; sed cum insignes, praeclarasque S. Ecclesiae victorias, atque triumphos considero, tanta voluptate afficior, ut in ea meditatione cupiam dies, noctesque consumere. Et ut scribendi finem faciam, Christum O. M. precor, ut tuis Annalibus, ad suam ipsius gloriam, atque nomen propagandum, Christianamque Rempublicam illustrandam, haereticorumque conatus infringendos conscriptis eam perfectionem tribuat, qua possint omnes in lucem quam primum prodire. Sic enim fiet, ut multiplicem ex illis fructum capiamus, maximarumque rerum cognitionem consequamur, Deoque bonorum omnium auctori immortales gratias pro tam singulari beneficio reddamus. Fernandus Martinius Ma-
scare-

fcaregnas Epifcopus Algarbienfis, vis nobilitate, & eruditione clariffimus tuorum lectione Scriptorum mirifice delectatur; mihique non femel mandavit, ut tibi de ifto honoris gradu, in quo virtutum meritis locatus es, ipfius nomine gratularer, atque fignificarem, quamvis multi fint in Lufitania Antiftites tuae Amplitudinis ftudio valde incenfi; tamen qui te vehementius colat, atque ardentius diligat, proculdubio effe neminem. Vale.
Ex Urbe Faro Idib. Decembris 1596.

EPISTOLA XLIII.

CAESARI CARD. BARONIO

PETRUS DE VILLARS ARCH. VIENNENSIS.

Baronio negotium committit cum Pontifice tranfigendum.

QUandoquidem D. V. Illma fuaviffimis fuis ad me litteris nuper inter cetera humanitatis, ac benevolentiae fingularis argumenta hoc mihi ferio, ac fedulo injungebat, ut fua opera, opus ubi effet apud S. D. N., uti minime vererer, obfequor ergo libentiffime, fuamque opem fupplex imploro, in id pium, urgenfque negotium, quod ei fignificabit, cujufque & rationem reddet, & anfam porriget R. D. Abbas nofter San-Affrodifius, quem fatis novit, & amat plurimum, cuique ut mihi ipfi fidem adhibebit, numquam me finem prius facturum omnem in vinea Domini navandi operam (etfi eam nullius momenti), quam ipfa mihi vita definat. Bene vale, Cardinalis omnium eruditiffime, meque tui amantiffimum redama.
Dat. Gratianopoli Non. Decembris 1596.

EPI-

EPISTOLA XLIV.

CAESARI CARD. BARONIO

ANDREAS CARD. AB AVSTRIA. (a)

Pro correctione Breviarii gratias agit, laudansque ejus laborem, & studium, deprecatur, ut in revisione celeritatem afferre dignetur, pro bono, & commodo Constantiensis Ecclesiae.

PRo labore, quem in correctionem Breviarii nostri impensum ab Illustrissima, & Reverendissima D. T. testatur Agens noster Reveredissimus D. Sporenius, agimus gratias maximas; parati ad omnia vicissim illi praestanda studia, officiaque nostra. Porro quid in illis desideremus, scribet nomine, jussuque nostro Joannes Pistorius (b) Theologiae Doctor, & Ecclesiae Constantiensis nostrae Canonicus, cui petimus, ut fidem habeas, nec doctrinae tantum praestantia suae, verum etiam adhibita in expediendo celeritate, nobis subveniat. Occurrunt enim quaedam, librarii fortassis vitio interjecta, quae recognosci Romae, & ab Illustrissima quidem, Reverendissimaque D.T. cuperemus. Rursus vero, quod Breviarium jam praelo subjici coeperit, Ecclesiaeque nostrae in excudendis libris magnam festinationem postulent, faciet rem nobis tum necessariam, tum pergratam, si celerrime respondeat, ne & Ecclesiae necessitas, & Typographicae operae diutius distineantur. Quod eam tanto libentius facturam confidimus, quod vicissim, sicut scripsimus, ad impertiendum officiorum omnium, studiorumque nostrorum fructum sumus propensiores. Deo igitur nos ad gratiam, benignitatemque maximam commendantes, finem scribendi facimus.

Ex Merspurgo arce nostra 24. Januarii 1597.

(a) Hic Ferdinandi Archiducis Austriae, & Philippinae Velzerae filius, Maximiliani Caesaris, & Ferdinandi Caroli V. fratris nepos, natus Pragae anno 1558. ingenium humanarum, divinarumque rerum scientia excoluit. Decimum septimum aetatis suae annum agens a Gregorio XIII. Inter Purpuratos Patres cooptatur. A Sixto V. Constantiensem Ecclesiam, a Gregorio XIV. Brixiensem, regendam accepit. Catholicae Fidei propugnator acerrimus, populos sibi commissos a Lutherana rabie custodivit, ac frequenter haereticos ipsos consiliis, virtutibusque propugnavit, multosque ab errore revocavit. Decessit Romae anno 1600.. De eo fuse loquuntur Card. Ossatus, & Ludovicus Donius d'Attichy in flor. Card.

(b) Vide quae diximus ad epistolam XCIX. tom. 1. pag. 418.

EPISTOLA XLV.

CAESARI CARD. BARONIO

PETRVS DE VILLARS ARCH. VIENNENSIS.

Gratias agit, quod S. Pontificis benevolentiam sibi conciliaverit nil aliud vero desiderare asserit, quam sedulo, & vigilanter attendere gregi, in quo eum Deus posuit Episcopum regere Ecclesiam suam.

Audio, quae de me ad Reverendum D. Abbatem nostrum San-Affrodisium verba fecit saepius D. V. Illustrissima, sed potissimum inter prandendum, nuper pridie Divi Martini festum: Ego vero nihil ejusmodi ambio, jam enim olim cunctis honoribus remisi nuncium, hoc solum mihi modo votum, quod superioribus meis litteris ad D. V. Illustrissimam scripsi, quamque in eo mihi faventem apud S. D. Nostrum summopere exopto. Audiet porro ab harum latore, quid hic agamus, acturi idipsum per Provinciam, quandiu inter mortales agere numen dabit. Bene vale, Cardinalis omnium piissime simul, ac erudissime, tuique amantissimum perge amare.

Dat. Gratianopoli prid. Id. Januarii 1597.

EPISTOLA XLVI.

CAESARI CARD. BARONIO

NICOLAVS SERARIVS.

Eum semper suis, totiusque Collegii precibus, & sacris misteriis praesentem esse asserit, & de tanto, quo eum prosequitur amore, se vinciri in perpetuum affirmat, & praedicat.

Accepi Reverendissime, & Illustrissime Domine, Tomum tuum septimum, suavissimasque litteras. Quo gaudio, qua exultatione, non scribam. Nosti. Totus vere tuus jam pridem fui; sed tantos in me, tantus jam ipse, amores assidue transfundis, ut fieri si posset, a me in te totus concederem. Preces, quas petis, ingratissimi mortalium essemus, si non liben-

libentifsime, ardentifsimeque daremus. Et vero ſanctifsima tua deſideria, cujuſmodi ea ſunt, utilifsimaſque lucubrationes perficere ut poſsis, omnibus Collegii hujus Patribus, & Sociis indixit ipſe Reverendus D. Rector noſter ſacrificia, & preces aliquot. Plura non addo, quia & meis ultimis ne loquacior fuerim, timeo, & quia, ut alicubi ait D. Bernardus: *auribus ad plurima occupatis abbreviatum eſſe oportet ſermonem*. Vale Illuſtrifsime, & Reverendifsime Domine mihi ſemper, & meritifsimo obſervandifsime.

Herbipoli ipſo die S. Agathae 1597.

EPISTOLA XLVII.

CAESARI CARD. BARONIO

GEORGIVS COLVENERIVS. (a)

Poſt ingenuas de Cardinalatus dignitate congratulationes, varia puncta hiſtorica, tum ad Martyrologium, tum ad ſeptem primos Annalium Tomos pertinentia, dilucidanda proponit.

MOvit me humanitas tua, atque animi candor, quam cerno in ſcriptis tuis, ut ante plures annos cogitarem litterarum aliquid Illuſtrifsimae D. V. perſcribere, antequam galero Cardinalitio donareris, quod certe nunc omnino faciendum arbitratus ſum, ne poſtquam ad ſupremum faſtigium honoris, & dignitatis fueris evectus, locus .... ſcriptiunculis. Sed dices quomodo ignotus ad...... mihi non ſis notifsimus, cum quo tam multa locutus es in ſcriptis tuis aeterna memoria dignis, & in aeternum duraturis. Perlegi enim jamdiu non ſolum univerſum Martyrologium Romanum cum tuis doctifsimis, & utilifsimis notis, ſed etiam ſeptem praeclarifsimos Annalium Eccleſiaſticorum tomos, de quibus audeo dicere, nec ego ſolus, ſi ante annos centum editi fuiſſent, numquam haereſes iſtae natae fuiſſent. Certe ex eorum lectione multum me ſentio

(a) Hic Aloſtanus Duacenſis Academiae Cancellarius vir ſane in eruendis, ac colligendis Antiquitatis, atque hiſtoriae Eccleſiaſticae reliquiis diligentiſſimus, ac fideliſſimus; cujus rei ſpecimen non unum dedit, cum veterum ſcriptorum operibus primum in lucem editis, tum orationibus variis ad juventutem Academicam habitis, de materiis pleriſque ex ultima antiquitate Eccleſiaſtica repetitis. Inter ejus opera praecipue enumerantur notae in Bonum univerſale de Apibus Thomae Cantipratenſis, Duaci 1627. 8. Obiit 19. Maii anno 1649. aetatis ſuae octuageſimo octavo.

protecisse, etiam in S. Theologiae studio, & professione. Recte enim ait ille: *Theologus sine historia infans est*.

Perscrutatus sum etiam diligenter, & mihi calamo descripsi, quae in posterioribus Moreti editionibus accesserunt, quae ante omnia supplico meo, & aliorum nomine, ut dignetur Illustrissima D. T. seorsim excusa omnibus communicare, qui primam habent editionem. Optarim etiam clarius explicari, quod habetur Tomo I. initio anni 36. eo loci: nulla prorsus ratio persuadet &c. Contuli enim cum viris doctissimis, sensum tamen non satis assequimur. Haec autem annotavi, quae putavi non displicitura, si cum Illustrissima D. T. conferrem.

Tomo I. anno 34. scribis, Caipham omnium primum scidisse vestem ex Summis Pontificibus, quorum sit memoria. Recte illud additum (quorum sit memoria) nam ante eum fecit illud Eliacim 4.° Reg. 18. & Isaiae 36., & clarissime constat de Jonatha Summo Sacerdote ex cap. 11. primi Machab. in fine, ubi expresse habetur: *Et scidit Jonathas vestimenta sua*. An vero id fuerit Summis Sacerdotibus simpliciter prohibitum, non omnino certum est. Certe pro ea re facit S.Leo Serm. 6. de Pass., qui dicit Caipham fuisse oblitum praecepti Domini. Alii intelligunt tantum prohibitum illis in funere Patris, & Matris: pro quo faciunt exempla jam citata laudatorum Pontificum Eliacim, & Jonathae. (a)

Edidi abhinc fere triennio Thomae Cantipratani libros miraculorum, & exemplorum sui temporis (liber apum vocari solet opus) in quibus, dum ad ea perventum erit tempora, quaedam supra modum memorabilia tum Romae, tum alibi gesta, addito certo anno saeculi, quo contigerunt, reperies. Adjeci item notas (nescio an opus per me editum Romae viderit,) in quibus ex additione Coloniensi ad Usuardi Martyrologium confirmationem indicavi sententiae tuae de S. Ursulae, & Sociarum ejus historia, item praecipuarum nomina, quae nuper communi-

(a) Scindere vestimenta Judaei solebant, quoties audirent in Deum contumeliosa verba: praesertim prolata ab homine Hebraeo. Non desunt, qui cum Ven. Baronio sentiant tom.1. anno 34. Pontifici maximo non licuisse ullo casu vestem lacerare. At Interpretum eruditissimi ajunt, interdictum quod in Levitico bis exstat, ad id tempus dumtaxat spectare, quo Sacerdos sacro ministerio fungebatur, Deoque in Templo inserviebat. Nefas tunc erat luctum agere ob propinqui cujuspiam funus, ipsamque Sacerdotis personam, & vestes lugubribus indiciis distinguere. Absoluto autem Templi ministerio, extra sacram aedem Sacerdoti, non secus ac reliquis Israelitis, fas erat justa propinquis reddere, certis tamen quibusdam conditionibus in Moyse recitatis. Levit. XXI. 1. 2. & seq. 10. 11. & seq. Notant Hebraeorum Magistri, nefas Pontifici sacras, solemnesque vestes scindere; ceteras vero vestes, modo ex inferiori parte ad summum, cum ceteri Sacerdotes a superiori ad imum scindant,

municavi Richardo Vito apud nos J. U. Doctori, & Professori, & inseruit septimo libro suarum historiarum. Argumentum ex Scriptore, qui degit in loco rei gestae, vel ubi celebrior ejus memoria, non parvi faciendum. Locus est in notis nostris ad cap. 53. lib. 2. pag. 6. Verba additionis, si forte talis editio Usuardi Romae non extet, alias si gratum sit libenter perscribam.

Tomo VII. an. 562. asseris Commentarios in Epistolas Pauli non esse Bedae, sed Petri Abbatis Tripolitani (*a*). Certe Lovanienses, qui praefuerunt editioni operum Augustini judicarunt fuisse opus Bedae. Et verba praefationis, quae probant omnino esse Bedae, quae putat Illustrissima eruditio tua non haberi in operibus Bedae, & habentur post libros ejus de historia Gentis Anglorum in libro Parisiis excuso in fol. 1583. cui titulus *historia Christiana Veterum Patrum*. Ibi enim post dictum opus habetur Catalogus omnium operum Bedae usque ad 59. suae aetatis annum per ipsum Bedam conscriptus, & orationes quas citat praefatio in dictas epistolas.

Auctorem libri de vitis Patrum putat Illmā D. T. esse Evagrium Ponticum, quod & Molanus existimavit. Ita enim censes in notis ad Rom. Martyrol. 15. & 17. Januarii 27. Martii & 19. Julii. In Annalibus anno Christi 1. p. 81., & Tom. 4. anno 388., ubi inter ejus lucubrationes enumeras. At mihi certo constat ex epistola D. Hieronymi ad Ctesiphontem, auctorem illius esse Ruffinum Aquilejensem, & si opus esset, id solidis aliquot possem confirmare argumentis ex eo loco petitis (*b*). De his paucis conferendum putavi cum Illmā D. T., paratus semper discere, & suppliciter pro hac scribendi παῤῥησία veniam deposco.

Quia vero ego solus fungor ab annis plurimis munere visitatoris, & correctoris librorum in Duacensi tua Academia, si ad hoc opus sit, per tuam intercessionem mihi a Sua Sanctitate post

(*a*) Litem praeclare diluit Mabillonius, qui commentaria ista, nec Bedae, nec Petro Ab. Tripolitano, sed Floro Magistro, deberi demonstrat peculiari dissertatione Analect. tomus 1. p. 12. Verus interim Bedae Commentarius (S. Pauli enim epistolas ab eo explicatas esse, ipse in Indiculo fidem facit, ejusque Collectaneum in Apostolum ex operibus Augustini decerptum, grandi satis volumine, penes se habuisse testatur Lupus Ferrariensis ad Hincmarum epist. 76. p. 118.,) penes Mabillonium manuscriptus delitescit. Vide, quae habet Baluzius not. ad Lup. Ferrar. p. 405.

(*b*) Vitae Patrum, de quibus heic sermo habetur, quae collectionis Rosvvedianae Lugduni 1617. Antuerpiae 1628. secundum & tertium librum constituunt, Rufini auctoris, sive interpretis esse creduntur. Liber secundus constat Palladii Historia Lausiaca, tertius fere Heraclidis Paradiso: ut Heribertus Rosvveidus in Prolegomeno IV. §. 10. fuse probat, & alii eruditi quamplurimi.

post sanctissima pedum oscula impetrare digneris facultatem legendi, & habendi libros prohibitos, & haec tria dubia Congregationi proponere Illmorum Cardinalium super ea re deputatorum juxta bullam in novo Indice.

Prodiit hic ante annos aliquot Index librorum prohibitorum, sed nec dum promulgatus, aut receptus, & si in ea re multum laboraverim; & hoc anno statui cum aula Principum nostrorum Belgicorum agere, ut promulgetur, quia in dies ex vicina nobis Francia, in qua ab anno uno proclamata est libertas Religionis, mali libri magis, magisque multiplicantur, in quibus nominatim hoc multi scribunt, Galliam exemptam esse a jurisdictione S. Sedis Apostolicae, & semper jactitant libertatem Ecclesiae Gallicanae. Deus O. M., quam diutissime nobis, & toti Ecclesiae suae servet incolumem.

Datum Dubei 3. Martii 1597.

EPISTOLA XLVIII.

CAESARI CARD. BARONIO

LUDOVICUS QUARRE.

Rogat Indultum obtineri a S. Pontifice, quo usus Breviarii Romani in Leodiensi Dioecesi promulgetur, servatis, quae locis sunt propria, & peculiaria.

Doleo me una tantum hora ante meum ex Urbe discessum cum Illma D. V. notitiam, & familiaritatem nonnullam contraxisse anno 96. secunda Aprilis. Quo tempore, quantumvis exiguo facilem ad se Illma D. V. accendendi rationem praebuit, per litteras nimirum, quibus se mihi responsuram Illustrissima D. V. offerebat, licet maximis occupari se negotiis, significaret. Quae gratia mihi facta, ne oblivioni traderetur, diutius differre non debui, quin aliquid ad Illmam D. V. litterarum darem. Video hic fere omnes, qui Chorum frequentant, legere privatim Breviarium ad usum Romanum, cum tamen publice tantum cantetur ad usum Leodien: Unde occasionem accepturos nonnullos, ne dicam majorem Cleri partem, subvereor, quo minus publice in Choro officium Divinum cantent, eo quod in dies videre videar plures, qui privatim Romanum Officium legere incipiant. Optarem mecum in lectione Breviarii

rii secundum usum Romanum posse dispensari, si absque expressa Sua Sanctitatis concessione id nobis permissum non sit; ut quemadmodum Franciscani, qui ad usum Romanum legunt, nihilominus officia quaedam propria sui ordinis, dum occurrunt, peculiari modo celebrant, sic nos a Breviario Leodien. sumeremus quae propria sunt hujus Dioecesis. Conabor interea, pro mea virili paulatim inducere reliquos, ut publice Romanum Officium decantetur, eoque facilius se ad id induci patientur, si, ex dispensatione mihi facta, intelligant, sibi non esse licitum Officium Romanum sine speciali Suae Sanctitatis consensu privatim usurpare; nisi tota simul Dioecesis in id consentiat, quod maximum ornamentum huic Ecclesiae allaturum existimo.

Leodii 19. Aprilis 1597.

EPISTOLA XLIX.

CAESARI CARD. BARONIO.

ALEXANDER MEDICEUS CARD. DE FLORENTIA.

Dolet de publicorum cursorum mora, & de Regis Christianissimi in Catholica fide constantia, deque statu Galliarum circa Religionem, certiorem facit.

IL malo ordine de Corrieri sì per venire le lettere, come per mandar le risposte, non vorrei che fosse causa, che ella si maravigliasse della tardità mia, & dubitasse, che io fussi negligente a rispondere, che non posso haver cosa più grata, che veder sue lettere & assicurarmi con quelle della gratia sua, la quale stimo, come debbo, & come mi obligano le sue cortesie. Per darli di me qualche notitia, dico, che i travagli familiari per la prudenza, & amorevolezza del Papa, & del Card. Aldobrandino sono in gran parte cessati, & se ci resta qualche cosa, non è tale, che io non la possa sopportare, come so con quella pazienza che conviene, ma perchè chi è in alto mare, o hà presente la tempesta, o di prossimo la teme, non posso io vivere con l'animo quieto, e se bene alla Fede le cose ogni giorno passano meglio, & si guadagna assai, & spero molto più, non è per questo che io non tema, che sotto mano non possa venire qualche incontro, che sia di pregiudizio non solo al mio negotio, ma

ma che possa far tener me, o negligente, o balordo; come hò visto nei giorni passati per uno accidente, che è nato, il quale se bene è stato cosa falsa, non è per questo, che non potesse esser vero, & che io ne havessi carico gravissimo senza colpa, o peccato, giudicandosi le cose di questo Mondo dalli effetti per il più. Sono stati in cotesta corte publicati certi capitoli, come fatti nella Semblea di Roano molto impertinenti, & perniciosi, mi dovrebbe consolare l' essersi chiarito, che son falsi; questo mi conforta, ma non mi leva il timore, perchè io non posso sapere tutto quello, che si fà, ancorchè stia con molta vigilanza, & quando io pur sappia (non sendo quà molto segreto) non posso rimediare a ogni cosa, perchè il Rè, se bene io son sicuro della sua buona volontà, quanto alla Fede, non hà quella autorità, & obedienza, che se gli conviene; & gl'heretici conoscendo molto bene in che stato egli si trova, insurgono, pigliano le armi, hanno fomento, & forse da quei, che manco lo doverebbono havere; chieggono con proteste piene d' insolenza partiti contro a Dio, contro al Regno, & contro al Rè, dei quali fino a qui non hanno ottenuti, ma io non son sicuro, che sieno per ottenere. Son ben sicuro, che il Rè gli hà in odio tutti, ma troppo gli teme, & si inganna in questo, perchè in altri tempi l'han servito, & le forze loro gli sono riuscite, le quali non son più quelle, perchè non hanno capi, & di quei pochi che hanno ne van perdendo ogni giorno, non han gran dotti, & di quei che fra loro sono, spero in Dio, che se ne torrà buona parte, & loro se ne avveggono, alla loro setta, poiche io sò quà, pochi, anzi nessuno, si sono accostati, molti si son convertiti, e se ne convertono ogni giorno; non ardiscono parlar male del Papa, anzi ne dicono bene, come di Principe, mi honorano, ne mi provocano; anzi mi parlano volentieri, & mettono mezzi, perchè io dia loro udienza, io gli ricevo con quella maggior cortesia, che io possa, & di quelli che mi han parlato, alcuni si son convertiti, altri son per convertirsi; Se io havessi la lingua Franzese, & più dottrina sarebbe assai meglio; nondimeno è appresso di me il Vescovo di Termoli huomo dotto & buono, che supplisce a quello che manca a me; con il quale trattano volentieri, & fanno di molti colloquj privati, perchè io non voglio, che si disputi; il Rè favorisce questo modo di fare, & hà per buona nova, quando se ne converte. Io mi son forse troppo allargato, ma sò che VS. Illustrissima compati-

pati-

patirà a questo mio ragionamento, & credo gli piacerà credendomi: Non si può imaginare il gran frutto, che fa il buono esempio, che vien di Roma, & quanto giovano le pie, e sante attioni del Papa, le quali per tutto questo Regno risuonano; & per il contrario quanto danno fa, quando di Roma viene qualche scandalo di Prelati: Io che non penso ad altro, che al servitio di Dio, & del Papa, mi sforzo di dar di me buono odore; ma non hò, & non la sò havere una certa politia spirituale, ne quella exteriore carità, come hà il Card. d'Avignone, la quale io desidero. Quanto al mio ritorno lo spero, & lo desidero presto; ma questo mio desiderio lo sottopongo alla volontà di Sua Beatitudine, alla quale non son mai per contradire; non vorrei già, che questa mia obedienza facesse cadere in pensiero in alcuno, che ci stessi di buona voglia, come alcuni di questi, che mi sono appresso credono, i quali per loro interessi privati spasimando di tornarsene, dicono, che io per ambitione ci stò volontieri, perchè se procurassi di tornare, come dovrei, harei la licenza. Io non sò sopra che si fondano questa loro opinione, perchè quanto al mio senso io posso dire di non haver in questo regno cosa, che mi piaccia, & tutto in contrario. Confesso bene, che non posso haver il maggior gusto, che quando mi vien fatto qualche cosa in servitio di Dio, & in honor del Papa; questo mio piacere è contrapesato da tanti altri inconvenienti, & travagli, che io lo pago molto caro. Ho sentito con molto gusto, che il Card. Aldobrandino l'habbia accomodata della mia casa, come sentirò sempre con molto piacere ogni commodo, & ogni honore di VS. Illustrissima, la quale Dio conservi, & prosperi.

Di Parigi li 5. Luglio 1597.

EPISTOLA L.

CAESARI CARD. BARONIO

ANDREAS CARD. BATHORIUS, (a)

Petit, ut pro quodam negotio, sibique perutilissimo ad S. Sedem evocato, cum S. Pontifice verbum facere, non recuset, & ne unumquidem lapidem intactum relinquat; gratum pro eo, & memorem promittens animum.

REverendum Domin. Fabianum Konopachi benigne ab Illustrissima, Reverendissimaque D. V. acceptum non potuit non esse mihi quam gratissimum, atque idcirco plurimum est, quod eo nomine Illmae Rmaeque D. V. debeam, non commissurus unquam, ut quod me gratia Illmae Rmaeque D. V. praestare posse cognovero, e vestigio non praestem. De re mea Transylvanica totum negotium ego SS. D. N. commisi, non ignarus quicquid ille decreverit firmum juxta, atque aequissimum rebus meis, ac familiae meae quam consultissimum futurum. Hoc unum superest, ut Illmam Rmamque D. V., quam possum maxima contentione rogem, velit apud S. D. N. diligenter instare, ut Sua Sanctitas ita huic negotio non solum manum, sed etiam supremam admoveat, ut denique intelligam, quid mihi sperandum sit. Ego quidem ex quo S. D. N. voluntatem cognovi, me in officio ita continui, ut ne latum quidem unguem a mente suae Sanctitatis recesserim. Non dubito S. Sanctitatem, & innocentiae meae, & patientiae (quae certe maxima est) habiturum rationem, nec dilaturam paternam consolationem. His me amori, & benevolentiae Illmae Rmaeque D. V. diligenter me commendo.

Heilspirgae 14. Julii 1597.

EPI-

(a) Hic Stephani Poloniae Regis ex fratre nepos. & ejusdem Regis apud Gregorium XIII. Orator, inter Diaconos Cardinales adscribitur pridie nonas Julii 1584. Extant litterae gratulatoriae S. Caroli Borromaei de eju- promotione cum ejusdem Andreae responso, quae habentur apud Ciacconii Continuatores in ejus vita. Varmiensem Episcopatum sub Sixto V. obtinuit; sed anno 1599., dum comparato exercitu Transilvaniae partem armato milite recuperare studet, a quodam Vallachorum Duce insidiis petitus, suis partim caesis, partim in fugam versis, dum ipse sibi fugae consulens, fluvium ementita veste tranare cogitat, die 10. Augusti a rusticis nonnullis hosti inservientibus, caesus est. Caput ab illis Vallacho Duci datum, corpus in viciniori aede ad tempus tumulatum, inde Albamjuliam relatum, ibidem nobili sepulchro conditum est. De eo Spondanus in Annal., & alii quamplurimi suse agunt.

EPISTOLA II.

CAESARI CARD. BARONIO

CORNELIVS SCHULTINGE STENWYCH. (a)

Rogat, ut ei venia concedatur decerpendi ex Annalibus ea omnia; per quae error Calvinianus invicte debellatur. Queritur de Curialium artibus minus aequis, qui, ne hucusque promisso saepius beneficio gauderet impedimentum apposuerant. Petit, ut, sua auctoritate, justa spe sua non defraudetur, seque suo totum patrocinio commendat.

DUM versor in Annalibus Ecclesiasticis, eosdemque cum Centuriis Magdeburgensium confero, & antidota venenis oppono cum Celsitudine V., quasi coram colloquor, ingenium que vestrum tamquam in speculo, & idea quadam contemplor, unde incredibili in Cels. feror amore, accedit communis nostri patroni quondam Illustrissimi Antonii Carafae grata heu, & praedulcis memoria, cujus obitum multo flebilius, quam Celsitudo V. tertio Annalium tomo, assidue deploro, adde Hieronymiani Oratorii vestri commune consortium, & vinculum, quo jungimur. Hae sunt tres caussae, quae me humilem diu proponentem, & cunctantem ob magnitudinem dignitatis, doctrinae, & officii vestri, & studiorum gravium, curarumque impedimenta vestrarum, tandem frequente accedente cohortatione Nuncii Apostolici Coriolani patroni mei ad scribendum impulerunt. Amisi in Card. Carafa Deum quemdam, sic mihi loqui liceat, terrestrem, quo defuncto stylus meus hebetatus, pene elanguit. Impetraverat mihi una cum Cardinali Constantio Sarnano, & Rmo Trevirensi Archiepiscopo pro dedicata Sedi Apostolicae confessione Hieronymiana, quae in Bibliotheca Vaticana custoditur, a Sisto V. insignem Praeposituram per viam obli-

(a) Hic vir pius, ac doctus edidit Ecclesiasticae disciplinae libros VI. Coloniae. Bibliothecam Ecclesiasticam, Ibid. 1599., & 1602.: Opus variarum lectionum, & animadversionum adversus lib. 2. Institutionum Joannis Calvini. Ibid. In 4.: Thesaurum antiquitatum Ecclesiasticarum; E' VII. prioribus Annalium Baronii tomis, contra Centuriatores Magdeburgenses, ac Calvinistas totidem tomis ordine alphabetico contextum. Ibid.: Confessionem Hieronymianam è D. Hieronymi operibus juxta locorum Theologicorum capita, Tomis IV. apud Mylium 1584. fol., & alia multa opera. Obiit anno 1604. De prosapia Schultingiorum legitur Carmen Guill. Halcandri, Coloniensis, praefixum Bibliothecae Ecclesiasticae.

liquam mandando, ne quid casu, quo transiret, quae mihi suffecisset ad Bibliothecam melius instruendam; & studia mea, scriptionemque juvandam, sed per obitum Card. Carafae Praefecti Signaturae Gratiae, ea spe excidi. Per omnia sacra musarum, & per communem Catholicae Religionis salutem Cels. Vestram obtestor, ut me in suam clientelam recipiat, sitque mihi alter quondam Carafa, & SS. D. N. Clementi breviter exponat conditionem, & statum caussae, ac personae meae. Fui per Bonhomium Vercellen. Episcopum antecessoribus Pontificibus commendatus, primo Gregorio XIII., qui tamen nimis mature, ante transmissam per Vercellen. Confessionem D. Hieronymi obiit mihi; deinde Sisto V. per eumdem Vercell. Carafam, & Sarnanum Cardinales, atque Archiepiscopum Trevirensem. Aliquot rescripta a Pontificibus accepi, a Gregorio XIII. per Vercellen. sub manu Secretarii Card. Azzolini, a Sisto V. per secretarium Card. de Monte Alto, modo Decanum, utrisque aurei montes promittuntur, sed nihil fuit in effectu subsequutum. Sanctissimi Pontifices favent laboribus pro Ecclesia, sed Curiales, & nostrates isthic Sollicitatores impediunt doctos, qui extra Romam degunt. Obsecro Cels. Vestram Sanctitatem Suam clientis sui loco, & nomine benigne interpellare dignetur, ut tandem aliquid saltem praemii vice consequar via certa, & infallibili pro dedicata, & missa ad Sedem Apostolicam Hieronymiana Confessione, ut detur Nuncio Coriolano ad Sanctitatem Suam mandatum in me hic primo vacaturam Praepositaram conferendi, vel assignandi aliquam pensionem pro Bibliotheca copiosius instruenda, & pluribus adjumentis consequendis ad oppugnandos nos ubique vastantes Calvinistas, contra quos hic publice profiteor, & scribo; quorum paulatim plures exemplo Bezae convertendos speramus. Ante annos decem continuos, deinde ad Carafam, Sarnanum, ipsam Sedem Apostolicam plurimas litteras dedi, indeque recepi, meae adhuc apud haeredes, & Secretarios dictorum Cardinalium, & in Archivio Pontificis a V. Cels. reperiri poterunt., ex quibus meae personae, caussae, & status pleniorem notitiam, etiam de pluribus scriptis meis editis, & edendis Cels. Vestra adipisci poterit; nihilominus tamen hisce obiter inclusi aliquod testimonium, & documentum hodierni Nuncii Pontificii Coriolani. Ab annis jam sex nullas litteras ad ullos Cardinales scripsi toedio affectus pene imitatione Basilii, de quo Tomo IV. Annalium; videbam mihi verba dari, multos

tos

tos solius favoris humani intuitu promoveri, nequitiae Curialium nec modum esse, nec remedium, meorumque laborum post obitum Vercellen. & Carafae nullam habitam rationem fuisse, miratusque vehementer fui, nec mirari desino in vera Ecclesia, quae sola Romana est, rem ita a Curialibus astute geri, ut laborantibus pro ea a Sanctis Pontificibus praemia assignata conservari non possint. Huic nequitiae ad instantiam Archiepiscopi Trevirensis, & Card. Carafae Sixtus V. per viam, ne quid periret, caute occurrerat, sed obitu mei dulcissimi Carafae omnia ista evanuerunt, quae per Cels. V. renovari, redintegrari, & corrigi apud SS. D. N. valde exopto. Permittatur quoque mihi vestra venia, ut liceat ex Annalibus Ecclesiasticis in uno tantum volumine ex omnibus Tomis editis Antiquitates Ecclesiasticas, & valde notabilia puncta contra Calvinistas colligere, sic efficiam, ut utilissimi labores vestri nostrae genti Germanicae, Gallicae, Anglicae, Belgicae per accomodationem compendiose inserviant, in quo labore jam occupor. De aliis meis lucubrationibus ex imposito documento Nuncii V. Cels. certior fiet. Meminit Celsitudo V. Tomo III. Annalium inter laudes laudatissimi nostri Carafae de correctione, seu castigatione Conciliorum per eundem praestita, de qua mihi quoque constat; cum hinc ad ejus petitionem quoddam Graecum Concilium transmiserim Romam. Sed cum Romana exemplaria carissime hic vendantur, hinc accidit, quod nullus typographorum hactenus ulla huc advexit, ut quid praestitum sit summatim, ignorem. Optaram meis sumtibus unum exemplar huc transmitti posse. Quod superest precor Cels. V. in hoc honore Cardinalitio digno laborum praemio magnam felicitatem, & longos annos, sic tamen, ut per novum adeptum honorem Annalium ad finem usque continuatio non impediatur, nec tardetur. Centuriatores dissidiis religionis inter eos occurrentibus ultra decimam tertiam Centuriam progredi non potuerunt. Orabimus D. Deum, ut tamdiu V. C. superstitem esse patiatur, ut ultra decimam tertiam Centuriam pene usque ad decimam sextam, idest nostra tempora progrediatur, & perveniat.

Datum Coloniae anno Domini 1597. ipso die S. Laurentii.

EPISTOLA LII.

CAESARI CARD. BARONIO

F. DECLARET ARCHIDIAC. ARELATENSIS.

Quae Arelatensem Ecclesiam spectant monumenta, fideliterque ex antiquis codicibus extracta mittit, gaudetque, ea sub ejus nominis auspicio in lucem prodire.

EPistolas illas Illme & Rme. Cardinalis, quas ego anno superiori curaveram transcribendas per Fr. Laurentium Ordinis S. Augustini ad te mitto ad exemplar veteris Codicis correctas, quam accuratius potui. Varia pro nostra Dioecesi ad Regem Christianissimum negotia, quae me per quatuor menses hinc distraxerunt; rara itidem hominum occasio, quibus pignus hoc (qualecumque tandem illud sit) obsequii erga te mei tuto committerem, impedimento fuere, quominus eas per me celerius habueris. Quid vero de his sentiam, unde illas exceperim, quanta fides pervetusto nostro Codici adhibenda mihi videatur, quantum percupiant Collegae mei, illas sub felicissimis honorum, & laborum tuorum auspiciis lucem Romanam intueri, fuse satis ad Illmam Amplitud. tuam scripsi. Nihil est opinor, quod in hoc amplius desideres. Desideramus nos circa hoc ipsum communibus votis auctoritatem, laudemque Illmi nominis tui, quo Arelatensis Ecclesia munita, & fama ejusdem celebrius illustrata tanto Sponso suo Christo aemulatione nostrorum Pontificum sit gratior, quanto se recenter noverit aetate, pietate, ac honore ceteris tota Gallia Ecclesiis antiquitus fuisse sublimiorem. Munus igitur Cardinalis Amplissime tibi ex omni parte perfectum fecisse videbor, si incredibilis ille tuus rerum piarum amor, & tua singularis benignitas, qua pietatis studiosos complecteris manus tuas suscipientes prosequatur, quas ego quanta possum animi dejectione osculor.

Datum Arelate Prid. Cal. Septembris 1597.

EPISTOLA LIII.

CAESARI BARONIO
NICOLAVS SERARIVS.

De ejus recuperata salute, non minus eleganter, quam urbaniter congratulatur, totumque sui benevolum se pollicetur, & asserit.

Audivi Rm̃e & Illm̃e Dñe de tua febri, timui. Clamavi ad Dominum, aliique mecum plures, & ut spero exaudivit Dominus *vocem deprecantium se*. Obsecro, inquam; Domine, memento quaeso, *quomodo ambulaverit servus tuus* Rm̃us Baronius *coram te in veritate & in corde perfecto, & quod bonum est in oculis tuis, totiusque Ecclesiae tuae fecerit*; dum tot, tantisque vigiliis, & laboribus, ejus ruinas aedificat, ejus gazophilacia tam raris, & preciosis Annalium thesauris, locupletat. *Non infernus confitebitur tibi, neque mors laudabit te. Vivens vivens* Baronius *ipse confitebitur tibi*: bonus Pater, filiis Sponsae tuae, quae mater nostra est, *notam faciet veritatem tuam*. Tua quidem ubicumqne, & quacumqne de re. Veritas est. Sed ea maxime, quae de te est, de tuo in terris Vicario, de Ovili, populoque tuo sancto. *Domine salvum illum fac, & psalmos nostros cantabimus cunctis diebus vitae nostrae in Domo Domini*. Gaudeo, me per hunc Reverendissimum P. Henricum Haverum Collegii hujus nostri Rectorem, posse intelligere, ut se & valetudo, & opus manuum tuarum habeat. Ab eo vero de Germania, si quid velis, cognoscere licebit. Est & ipse veteris memoriae amantissimus, ideoque & Reverendissimae tuae Dominationis observantissimus. De me hoc unum dolori mihi esse, nulla vel minima ratione posse me summam, & singularem erga te, quam debeo, & mea in mente sentio observationem testari. Vale Rm̃e, & Illm̃e Dñe.

Herbipoli pridie S. Matthaei Apostoli 1597.

EPI.

EPISTOLA LIV.

CAESARI CARD. BARONIO

SEBASTIANVS MONTICVLVS.

Doctorem quemdam Theologum, alumnum suum summopere commendat, doletque quod Bibliopolarum incuria, eum impedierit, quominus opus suum eo tum temporis mittere potuerit.

DEus, qui cordium nostrorum scrutator est, mirabiliter anno praeterito (nisi me quaedam philautia decipit) inflammavit cor tuum ad obsecundandum voto, desiderioque cordis mei. Nam cum antea summopere cuperem tibi notus aliquo modo fieri, repente mihi duae se obtulerunt occasiones. Una, qua uterque nostrum responsum edidit pro absolutione Gloriosissimi Navarrae, & Francorum Regis. Altera, qua tu non multo postea tanquam unus ex LXV. Senioribus, quos Origenes appellat Consiliarios mirabiles, in Collegium S. R. E. Cardinalium mirifico omnium consensu cooptatus es. Cum hujus dignitaris gratulationem tibi per literas meas absque ullo internuntio direxissem III. Cal. Quinctiles MDXCVI. dignatus es hoc genere verborum mihi respondere: *Æqui interim, prout postulas, bonique consulo tuam erga me propensionem, ac te coram ob eximias virtutes tuas complecti aliquando cupio, libentissime gratificaturus quacumque in re operam meam tibi onamento esse posse prospexerim. Vale. Romae III. Calend. Sept. M.DXC.VI.*

Cum igitur (quae tua est humanitas, ac singulare Dei erga me donum) tam benigne mihi responderis, accipio sponsionem tuam, idest loco mei ipsius offero, exhibeo, commendo, Illmũe ac Rm̃e D., J. Salvum Lupum Patritium, qui in hac aetate Lauream Juris Utriusque perhonorifice suscepit in Collegio Patavino: subindeque ab Episcopo suae civitatis in sacris Ordinibus initiatus fuit, ut duplici quodammodo communitus diplomate Romam sese conferret, ibique domicilium suum statueret. Hunc inquam, praeinsignem virum, Alumnumque disciplinae meae tibi offero tanquam obsidem, vel arrhabonem meae devotionis, securus, quod in quamcumque partem dolium suum volvet, nequaquam somniculosus, impertinesque detegetur.

Cupie-

Cupiebam illi dare leve munufculum ad te perferendum, videlicet exemplar unum mei Conftantini, ideft operis, quod a me infcribitur *Conftantinus*, feu de Nuptiis, & naturalibus liberis. Sed quoniam Typographus deliberationem meam remoratur, adducam regulam noftratium Juris confultorum, *quod differtur non aufertur*. Atque utinam fcintillam aliquam nancifci valerem illius applaufus, nominis, honoris, quem Annales tui praeclariffimi quotidie magis acquirunt! Attamen (ut ait Apoftolus ad Timotheum) *in magna domo non folum funt vafa aurea, & argentea: fed etiam lignea, & fictilia, dumque unufquifque infert in horreum Domini, quod ex tenui fuo Agello provenit, abjiciendus non eft*. Unum dicere non verecundabor, quod veluti per folem gradienti, color aliquis, & qualitas folaris infidere folet, ita ex gloriofis tuis Annalibus, annotationibufque in Martyrologium refulfurum eft meis lucubrationibus. Et cum his diebus exierit feptimus tomus eorumdem Annalium, expecto octavum, & fequentes pro faecunditate mei *Laconifmi*, inquo per LXXII. figna quafi linguas, & idiomata cunctarum gentium, primordiales Thefes Juris divini, & humani ratione cubica depinguntur. Opus fane arduum, & laboriofum, in quo quindecim amplius annos confumpfi, quinque Tomos ei deputando fi Deus mihi vitam prorogaverit, quae jam octavum Climactericum pertingit. Interim quoque D. C. M. amplitudinem tuam diu confervet, ut in hoc periclitantium bonarum artium, literarumque tranfitu, virtus, eruditio, doctrinaque tua cunctis amatoribus earumdem fpeculum praebeat, & admirationem. Vale, Pater Religiofiffime, & me in finum tuum fufcipe, protege, dilige.

Patavii, nonis Octobris, quae funt dies felix Divae Juftinae 1597.

EPISTOLA LV.

CAESARI CARD. BARONIO.

IO. DOMINICVS ARCH. LEOPOLITANVS.

Loquitur de acerrimis dissentionibus inter Ruthenos, & Polonos, moestamque, & afflictam in hisce partibus Ecclesiam, cum maxima animi fortitudine, & omnis caritatis ardore repraesentat, enixe rogans, ut S. Pontifex his tantisque malis protinus remedium afferre dignetur.

IN maximis Pastoralis officii mei sollicitudinibus, nihil est, quod me torqueat magis, quam paucitas operariorum *in vinea Domini*. Etenim nec Salomon potuit Templum Deo erigere absque opera plurimorum. Amplissimam ergo Provinciam nactus ad Orientem cum tentarem vias, & modos, quibus Sacerdotes retineri in ea, & augeri possint, per annos fere quindecim nihil profeci. Rari quae Dei sunt quaerunt: perpeti autem quippiam, refugimus vix non omnes. En vero viam Dominus patefecit, cum ex injuncto Sanctissimi, Vir ut prudentissimus, ita pientissimus P. Generalis Familiae Dominicanorum numquam antea magno cum detrimento nostrarum Ecclesiarum in his regionibus visus, ante tres annos huc advenit. Apud quem questi sunt Fratres Rutheni contra Polonos, quia cum a prima sui origine suos peculiares habuissent Praesidentes, scilicet Vicarios Generales, ipsique S. Sedi Apostolicae per annos plus quam ducentos piis exercitiis, & praedicationibus, atque conversione Schismaticorum, & infidelium probati, commendatique essent, occasione pagorum in sustentationem Congregationum suarum concessorum, ab illis usurpata jurisdictione, oppressi, spoliatique, & amissis in Valachia omnibus, deletis in Russia plerisque, ac delendis etiam quibusdam monasteriis, ut bona eorum in suam Poloniae Provinciam transferrent, diminuti sunt, ac sub unius Provincialis, qui Poloniae monasteriis praeest, tyrannicam potestatem, quod solet neglecta inspectione evenire, ex fratribus mancipia facti, ceciderunt. Itaque de restituenda his libertate, & de recuperandis monasteriis, necessitate Ecclesiarum mearum, nedum injuriis, & lachrymis suorum, P. Generalis commotus inivit consilia, & tum ipse, tum Capitulum Ordi-

Ordinis generale in Hispaniis coactum, auctis honore Provinciae titulo S. Hyacinthi Russiae monasteriis, in pristinum omnia jure suo revocaverunt. Doluit res ista Polonis, quippe qui rebus temporalibus attenti essent, & pessumdatis mandatis, atque excommunicationibus Superiorum suorum, susdeque omnia mittentes, nullum lapidem in Regno non moverunt, & S. R. Majestate cum Senatu perturbata, nec armis, invasionibus, captivitatibus miserorum Fratrum, & occupationibus monasteriorum abstinentes, durum, & scandalosum caussae huic aequissimae, & piissimae facessunt negotium. Id vero agunt auctore turbarum P. Severino Magistro, gente Hebraeo, qui in Urbe Cathedrae meae ante duos annos ut sententiam P. Generalis sui praeveniret, accepta potestate a Provinciali Poloniae, monasterium Fratrum modestissimorum in frequentia nobilium, & gentis variae hominum, cum nundinae, & judicia simul celebrarentur, armatus invaserat, & nisi auctoritate Concilii Tridentini, & commendatione protectionis manum apposuissem, multo sanguine, & summo scandalo hic furor constitisset. Dolor acerbissimus mihi Pastori in medio Schismaticorum desudanti accidit, quem addere non abstinent mala informatione decepti, ac frustra P. Generalis, & Ordinis sui decretum oppugnantes magna disciplinae regularis jactura, res quoque Ecclesiarum mearum, & Orientis remorantur. Porro malitia temporum isti cum insaniant, qui vero invigilare debent cum dormiant, & in caussa ludant: non puto, SS.D.N. in hac re somnum oculis suis contendere velle; sed pro dilectione Christi, & ovium suarum cura conatus pravos, si modo exacte noverit quid agatur, repressurum. Hoc illi ut exponat, Illustrissimam Cels. Vestram, perfectae eruditionis videlicet, pietatis rarae, & magnae auctoritatis virum, obnixe peto. Si dubitat de negotio Sanctmus, ac minus probanda Ordinis sententia videtur, committat non quibusvis, sed ex Illustri Societate Jesu delectis duobus, tribusve in Russia Patribus, ut referant fidelissime cognoscendum. Multi enim agentes non agenda, res Christi mundanis rationibus examinamus, quodque dolendum est, factu, non caritate curam ovicularum ejus gerimus, & clavem scientiae tenentes nec ipsi ingredimur, nec ceteros ingredi sustinemus. Parum est, quod nostra non componimus, nec emendamus: etiam Ordines in Ecclesia Dei tam necessarios, & quasi manum extremam, tur-

 batis

batis eorum canonibus, victi insolentia depravatorum, labefactamus. Finio: & gratiam in hoc negotio valde necessariam, auctoritatemque Illmae Cels. V. expecto; non incertus quidem de magno, pio, eruditoque pectore hoc profecturum, quod in salutem istorum fratrum, & mearum Ecclesiarum laetitiam cedat. Testor autem justum Deum, fratres hos omnium, qui habentur in Regno Poloniae, esse religiosissimos, & qui in dies contendant ad suam regulam vitae austeritate, & moribus exprimendam, quod sub tyrannide, Provincialis Poloniae contigit minime. Plura de his nepos meus, quem in Urbem mitto, & fratrum, pro quibus intervenio, Procurator P. Nicolaus vir doctus, & pius tibi referent. Quos mecum Illmae Cels. V. amori, & patrocinio commendo. Manus exosculor, & diutissime valere opto.

Leopoli in Russia Poloniae 15. Octobris 1597.

EPISTOLA LVI.

CAESARI CARD. BARONIO

IACOBVS DE MARQVAIS.

Quod haereticorum numerus magis, ac magis in diem dilatetur, luget, & dolet, eumque pro meliori bono enixe petit, ut quasdam indulgentias, ac facultates pro suo monasterio a Summo Pontifice impetrare velit.

QUae tua est humanitas, atque humilitas, quandoquidem invitas me, ut de more tibi scribam, nolui praetermittere id ipsum praestare. Perpetuo tui memores sumus apud Deum, ut bene coeptum opus ad Ecclesiae utilitatem ad calcem perducere valeas, ut qui in tanto dignitatis gradu constitutus juves Remp. Christianam in tantis miseriis, & periculis constitutam, ut quieta pace tandem frui possit. Unicum illud videtur remedium periclitanti fidei in his partibus, sicut ipse Sanctmus in suis ultimis indulgentiis bene animadvertit, bella enim illa assidua inter Principes Catholicos, ultra innumera, quae secum adferunt mala, caedes, direptiones, famem, fomentum non mediocre adferunt haeresibus, quod haereses praevalent in dies magis, ac magis. Quod cum animadvertam, venit mihi in mentem saepe, quod quondam audivi a piae mem. Epi-

Episcopo nostro Venduillio *(a)* tibi pernoto, cui cum astarem solus in cubiculo, oculis in coelum sublatis ingemiscens, inquit, vereor, ne ante decem, seu duodecim annos Turcae cum haereticis, quod residuum est Christianorum occupent, & non ero superstes, revocabat in mentem, quid tempore D. Augustini acciderit Urbi Hipponensi, cum tanta peccata tamen, nec tam atrocia tum non essent, ut modo sunt, & Deus non pepercit tunc, & verendum est, quod non parcat modo, eaque Sanctus Episcopus praevidebat futura, quae videntur omnino instare, nisi Dei bonitas nobis repropitiare dignetur, & pacem concedere inter principes Christianos. Rogavi D. Sublindium, quatenus Illmam D. tuami interpellet, ut obtineat quasdam indulgentias a Sua Sanctitate pro monasterio nostro, simul facultatem absolvendi a casibus reservatis, quod olim Summi Pontifices praestiterunt quibusdam monasteris nostri Ordinis, ad difficultates, & plurima scandala evitanda, quae suboriri possent aliquando in hujusmodi casibus, quibus obviam itur per ejusmodi facultatem absolvendi, non quod vereor, id eventurum, tamen ut res sunt fragiles, fieri potest, ut aliquando casus tales erumpant, in hujusmodi esset maximum solatium simili gaudere privilegio. Deus O. M. Illmam P. tuam diutissime conservare dignetur Ecclesiae suae incolumem.

Tornaci ex Aede Martiniana 11. Octobris 1597.

EPI-

(a) Fuit hic Joannes Venduille Juris utriusque scientia peritissimus, in Academiis Lovaniensi, ac Duacensi multis annis alios docuit. Ejus consilio, & opera, Lovanii, & Duacei erecti sunt pastorum seminaria, quibus annuos census Rex attribuit, ut juvenes alii qui disciplinis Theologicis, tum bonis moribus instituerentur, qui postmodum Christiani populi curam capesserent. A Philippo II. ad Episcopatum Tornacensem nominatur, & Pontificio diplomate confirmatus, die 29. Maii ungitur in Pontificem 1588. Familiam suam sic instituit, ut ceteris foret exemplo. In lustranda dioecesi assiduus. Vere pauperum pater, quibus larga manu eleemosynas distribuebat. Denique febri correptus sancte, uti vixerat, obiit die 15. Octobris 1592. Vitam ejus scripsit Nicolaus Zoes Canonicus Tornacensis, postea Silvaducensis Episcopus.

EPISTOLA LVII.

CAESARI CARD. BARONIO

HENRICVS A LOTHARINGIA EP. VIRDVNENSIS.

Se ejus commendat precibus, ut Episcopatus onus digne, & laudabiliter ferre valeat, & se ab eo divisum esse, valde contristatur.

INter pastorales curas, gravissimasque sollicitudines venit saepe in mentem mihi illius benevolentiae, & familiaritatis, qua me, Romae cum essem, Illma Dominatio vestra & complectebatur, & devinciebat sibi, meque jucunda sanctissimorum colloquiorum recordatio recreat, ac reficit tantum onus humeris subeuntem. Vestram enim Dominationem Illustrissimam intueri mihi nunc videor, quanto me affectu, quam facili, & sereno vultu exciperet: audire nunc ipsius verba illa suavissima, quibus & me querentem, maestumque solabatur, & ad subeundum onus hoc excitabat. Atque utinam liceret mihi, quod antea licebat, praesentis D. V. Ill. colloquio frui! Efficerem profecto, ut intelligeret, quam arctis vinculis beneficiorum Illmae D. V. me obstrictum putem. Sed quia non licet, committo id munus epistolae, illamque testificari volo Illmae D. V., in illius me esse potestate, & futurum. Versor nunc in munere pastoricio, & ante versatus essem, nisi diuturnior morbi contagio meum in hanc Urbem adventum retardasset; & usus me ipse docet, meis id onus humeris impositum esse, ad quod perferendum Illmae D. V. precationes, votaque ardentissima asciscenda mihi, & habenda sint. Hoc itaque quam obnixe possum ab Illustriss. D. V. supplex contendo, ut pro summo illo amoris vinculo, quo me complectitur, apud divinam Majestatem efficiat, uti vires illas, & virtutes, quae sunt ad tam difficile munus obeundum pernecessariae, copiosissime largiatur.

Virduno 26. Novembris 1597.

EPI-

EPISTOLA LVIII.

CAESARI CARD. BARONIO

F. DESCOVBLEAV COMES DE LA CHAPELLE SOVRDIS.

Se ei obsequentissimum profitetur, enixeque rogat, ut Christianissimi Regis oratori, suarum litterarum latori, in omnibus favere velit, pro Dei gloria, & totius utilitate Ecclesiae.

ACceptis Illmae D. Vestrae litteris quantam laetitiam perfenserim tanto honore affectus, quantumque vestris summis in me beneficiis cumulum addiderint, dici non potest. Nam & si quanto me semper studio Illma D. V. prosequuta sit, nunquam dubitaverim, id tamen mihi humanissimae litterae vestrae luculentissime significarunt. Huic tantae erga me benevolentiae ut saltem aliqua ex parte respondere possem, has litteras testes summi mei erga Illmam D. V. studii, & obsequii dedi proficiscenti Romam D. de Luxembourg, ut Sanct. D. Nostro nomine Regis Christianissimi obedientiam praestaret. Cujus profectio, ut valde exoptata fuit toti Regno, sic nunc est jucundissima. Neque minorem vobis laetitiam allaturam confido: toti enim Ecclesiae, cujus causa cum nostra conjuncta est, maximae utilitati, ut credo, est futura. Quod cum ita sit, spero Illmam D. V., quae nihil aliud, quam domus Domini decorem, & amplificationem unquam spectavit, quicquid erit è re regni Christianissimi, cujus semper fuit studiosissima, libentissime facturam. Ego sane quicquid unquam erit in me gratiae, & facultatis, Illmae D. V. totum futurum polliceor, nihilque erit unquam, quod illi possit honori esse, & dignitati, quod ego, quantum in me erit, non amplectar, & foveam. Id si sibi persuadeat Illma D. V., nihil est, quod mihi esse possit, neque gratius, neque jucundius: meque tunc felicissimum arbitrabor, cum sese offeret occasio ea praestandi, quae nunc toto animo polliceor Illmae D. V., cui manus humillime deosculor.

Carnuti 10. Cal. Decembr. 1597.

EPI-

EPISTOLA LIX.

CAESARI CARD. BARONIO BONAVENTURA HAN.

Queritur de quibusdam calumniatoribus, qui electionem suam ad Wratislaviensis Ecclesiae episcopatum supraſedere fecerant, enixeque rogat, ut cum S. Pontifice verbum facere dignetur, & agentem suum Romae in hocce negotio tueatur, & protegat.

ANnus jam elapſus eſt integer cum Cathedralis Eccleſiae S.Joannis Wratislaviae Capitulum canonice, & legitime in Epiſcopum me elegit. Duo tum ablegati ex gremio capitulariter omnibus cum rebus ſufficienter inſtructi Pragam a Capitulo, & me dimiſſi fuerunt, ut Illmo, & Rmo DD. Caeſari Speciano Epiſcopo Cremonenſi (*a*) S.D. N. apud Sac. Caeſaream Majeſtatem Dnum meum clementiſſimum, cum poteſtate Legati de Latere Nuncio Apoſtolico, Dno meo omni obſervantiae ſtudio colendo, & quid in electione actum eſſet, referrent, & electionis decretum, inſtrumentum profeſſionis fidei, teſtimonium aetatis, & gradus Doctoratus, aliaque eam ad rem neceſſaria exhiberent, ut formato a Sua Illma, & Rma Dominatione proceſſu, impetratis a Sac. Caeſarea Majeſtate litteris commendatitiis Romam proficiſcerentur, & S. Sanctitatis confirmationem humiliter cum oſculo beatiſs. pedum exorarent, apud Illmum quidem Nuncium res confecta commode eſt, qui nulla in parte, vel muneri, vel officio defuit ſuo, quin imo omnem eo convertit conatum, ut

iidem

(*a*) Hic patria Cremonenſi, cum vitam Eccleſiaſticam excolere inſtituiſſet, a S. Carolo Borromaeo primum Canonicus ordinarius Mediolanenſis adlectus eſt, miſſuſque Romam graviſſimorum negotiorum procurator. Inde S. Pius V. cum Card. Alexandrino nepote in Hiſpaniam legavit, a Gregorio XIII. Novarienſis Epiſcopus renunciatus eſt, a Gregorio XIV. ad Eccleſiam Cremonenſem translatus eſt: a Clemente VIII. ad Rodulphum Imperatorem Nuncius miſſus, quam prudenter in eo munere ſe geſſerit, illud facile declarat, quod idem Clemens ad ſextum annum uſque hujus opera in hoc munere uti voluit, quanto vero Chriſtianae religionis zelo, illuſtre argumentum ſint multa, & graviſſima negotia, quae ibi pro Catholica fide confecerit, & inter cetera illud praecipuum eſt, quod adverſus Principes haereticos illarum partium veram religionem defenderit, ac ut Conſiſtorium Eccleſiaſticum ſub utraque ſpecie communicantium, in Regno Bohemiae, abjuratis erroribus Joannis Hus, ad Clementem VIII. mitteret procuratorem, & fecerit, qui a S. Sede Apoſtolica in gremium Eccleſiae receptus, opportunam abſolutionem reportavit. Tandem ex ipſa legatione ad Epiſcopatum reverſus anno 1607. Cremonae deceſſit die 20. Auguſti.

iidem ablegati cum processu, quam posset fieri citissime Romam, & ad S. D. N. pervenirent. Hanc autem optimam de Ecclesia Wratislaviensi benemerendi Illmae Dominationis Suae voluntatem impediverunt, & interverterunt malevolorum quorumdam falsae, & clandestinae criminationes, & calumniae, qui Sac. Caes. Majestatis animum ita occuparunt, ut in hunc usque diem aliquam commendationem a Sua Majestate ablegati non potuerint impetrare. Quae a calumniatoribus partim ex ambitione, & vindicta, partim haereticae pravitatis stimulo, & in Ecclesiam Wratislaviensem, atque adeo Catholicam religionem odio virulento prodierunt. Dum enim alii ob praeteritionem vindicta excitarentur, alii aliud quaerentes spe sua exciderent, accidit, ut ima summis commiscenda, & Ecclesiae tranquillitatem interturbandam esse existimarent: ideoque maledico ore, & calamo Ven. Capitulum, & me etiam falso, & clanculum aggressi Sac. Majestatis clementissimum animum a fideliss. & obsequentissimo Capitulo, & me humili, & insonte Servo, alieniorem effecerunt. Quod quantum incusserit hactenus dolorem Ven. Capitulo, & mihi, qui laborantem videmus Ecclesiam, Illmi, & Rmi D. V. pro insigni prudentia facile intelligit. Cum igitur metuendum sit, ne forte Sac. Caes. Majestatis commendatio diutius differatur, & relatum sit mihi, omnia, quae electionem meam concernunt una cum processu Romam, & ad SS. D. N. missa esse, alterum quidem ablegatum Reverendissimum nobilem D. Franciscum Ursinum S. Theologiae doctorem ambarum Ecclesiarum Wratislaviensium Canonicum, Pragae ad solicitandam Suae Majestatis commendationem consilio Illmi D. Nuncii reliqui, alterum vero Reverendissimum nobilem D. Bernardum Ederum S. T. D. ambarum Ecclesiarum Wratislav. Canonicum, Romam dimittendum esse existimavi, hanc solum ob caussam, ut S. D. N. sacros pedes exoscularetur Suae Sanctitati Ecclesiae hujus miseriam explicaret, & auxilium Suae Sanctitatis imploraret, quae sola & Suae Majestatis animum emollire, falsas calumniatorum eximere obtrectationes, & efficere potest, ut tandem Ecclesiae huic tranquillitas restituatur: quod ut fiat Ven. Capitulum una mecum quam maxime exoptat, & in Illmae, & Rmae D. V. promotione, ope, & auxilio certam spem ponit, cum in amplissimo hoc dignitatis suae fastigio Illustrissima D. V. pro Catholicae religionis, & Ecclesiae conservatione diligentes excubias agat. Humiliter igitur rogo Illmam

D. V., ut Ecclesiam hanc, & totum electionis negotium commendatum habere, D. ablegatum Ederum humaniter audire, ut in conspectum Suae Sanctitatis admittatur, efficere dignetur: quod plane de insigni Illmae, & Rmae D. V. pietate, & Ven. Capitulum, & ego, & Ecclesia Wratislavien. nobis pollicemur. Vere autem ordine, & accurate omnia exponet Ederus, cui, ut fidem habeat, & Ecclesiae hujus misereatur Illma D. V. cum humili mearum precum, & servitiorum oblatione obnixe precor.

Datum ex Arce Ottmuchovien. 6. Decembris 1597.

EPISTOLA LX.

CAESARI CARD. BARONIO
LAVRENTIVS FABER.

Quod amplius prae locorum distantia sua frui familiaritate, & consuetudine non valeat, dolet, & queritur, ac ineunte anno multa fausta feliciaque auspicatur.

SCio quidem, Cardinalis Amplissime, arduam nimis negotiorum molem, in quibus exequendis ad humeros Apostolici oneris sublevandos intellectus vester laborat, temporisque angustiam, quod nisi rebus, quae tantum, tantique nominis Cardinalem decet, expendi solet, vix permittere ad mea haec exigua, exiliaque descensum; illum tamen persona vestra imitari desiderat, qui quamvis summus sit, humilia tamen respicere non contemnit. Haec praefatus Cardinalis Illme, totum istius humilis epistolae meae decursum hac periodo comprehendam, quod inter tot, tantaque Dei O. M. beneficia mihi indignissimo servo suo concessa eo tempore, paucisque illis mensibus, in quibus, sicut tandiu concupiveram in Urbe moram traxi, Cardinalem Baronium praeclaris suis virtutibus, egregiisque operibus ubique terrarum notissimum, non solum viderim, verum ad eum saepius accesserim, idque non sine illius erga me alicujus benevolentiae nota, sicut ibidem frequenter expertus sum; proinde ingratissimum me, & miserum nimis, si tanti viri, quem colunt omnes, memoria me praeterierit. Peream, inquam, si proflagranti amore, quo eum semper prosequutus sum, & prosequar omnia mea, quaecumque illa sint, aut esse possint, impendere dubitarem. Istud, quod offero munus, Cardinalis Amplissime, si in hisce rebus momentaneis, & caducis fundamentum non habet

habet, intimis tamen cordis mei visceribus radices agit: ferventique voluntatis meae desiderio exornatur, quae quidem cum ob inditam sibi a Deo O. M. immortalitatem perennia sint, ita etiam erga personam vestram tanta dignitate fulgentem, tot pollentem apud Deum & homines meritis, totque praeclaris rerum monumentis celeberrimam perennes etiam edet, si non effectus, saltem affectus. His itaque permotus, singularique tua erga me humanitate compulsus dicere cogor, ut qualis sum ego, me meaque omnia.

Haec ego cuncta tibi devoto corde repango,
His & me ad libitum sis precor usque fruens.
Nec majora queo: satis est, si parva ministro.
Exigua ex arca promere pauca licet.
Divinum numen cordis penetralia cernens
Hoc contentus adest, id quoque munus habe.

Haec pro xeniis novi istius anni aequi bonique consulat Illustrissima, & Rma Paternitas vestra, quam ad sui semper honorem, & gloriam, & Reipublicae Christianae decorem, & commune bonum ad annos Nestoreos protegat, & conservet.

Avenione hisce Dominici Natalis diebus, sub finem anni 1597.

EPISTOLA LXI.

CAESARI CARD. BARONIO

MELCHIOR EKSL.

De controversia inter Austriacam, & Bavaricam domos exorta pro Passaviensis Episcopi electione, ac de incremento Catholicae Religionis in superioris Austriae partibus certiorem facit.

OCcasione, qua Illustris, & Reverendus D. Jo. Jacobus a Lamberg Canonicus Salisburgensis, & Passaviensis à Sac. Caes. Majestate, & à dimidia, eaque potiori Capituli Passaviensis parte in negotio novi Coadjutoris, nuper electi ad Pontificem M. ablegatur, hasce ad Reverendissimam, & Illustrissimam Dominationem V. exarare volui, & debitam meam erga ipsam observantiam innovare, meaque quantulacumque studia, & obsequia, iterum, atque iterum paratiora deferre.

Controversiam electio dicta inter Austriacam & Bavari-

cam domos peperit, cujus diremptioni, cum ad fummum forum pertineat, me ingerere nec poſſum, nec debeo, ne Auſtriaco Stemmati de Romano Imperio, & Orbe univerſo meritiſſimo ego Auſtriacus plus aequo ex ingenita affectione tribuere videar. Id ingenue aſſero, Auſtriam longe meliori loco, & ſtatu nunc conſiſtere, ſi Archiduces hujus Sereniſſimi Generis, & nominis animum maturius ad vitam Eccleſiaſticam adjeciſſent. Quos cum Deus admirabili quodam afflatu nunc excitaverit, eos a tam pio, & laudabili zelo nequaquam abſterrendos, ſed obviis ulnis amplexandos, & promovendos eſſe, nemo non videt. Quod quam aequum ſit, & perneceſſarium amorem Reverendiſſimae, & Illuſtriſſimae D. Veſtrae, & ſingularem animi ſui propenſionem, qua Caeſari, Auſtriacoque ſanguini optime ſemper favit, teſtem, & judicem appello. Exigunt hoc tot Diademata Regia, & Imperatoria, quibus Auſtriaci Archiduces a tot centenis annis redimiti fuerunt: requirunt in remp. nulla unquam oblivione obliteranda, & aeternis monumentis conſecrata merita, & trophaea; poſtulant ſceptra, quibus in hodiernam diem praeſtantiſſima Orbis terrarum regna, nationes, populoſque terra marique longe lateque moderantur. Sed altius fortaſſis haec petita eſſe videntur. Urget, inquam, Electi confirmationem dictarum Familiarum pax, & concordia, Provinciarum conſervatio, & populi univerſi Epiſcopatui huic ſubiecti, vota, & ardens deſiderium, prout Canonicus Lambergius pluribus referet.

Religionis reſtauratio valida in ſuperiori Auſtria, Ceſaris Imperio, & mandato ſumit incrementa. Haereticorum buccinatores ex omnibus paſsim Civitatibus profligantur, quibus Catholici Sacerdotes ſuccedunt; Templa, Scholae, Coemeteria, Sacraria, Calices, Reliquiae, veſtes, & alia ſacrae ſuppellectilis inſtrumenta, quae multis annis in manibus haereticorum detenta, & profanata fuerunt, veluti e carcere redimuntur, reconciliantur, & cultui divino vicisſim dedicantur. Reperiuntur per ſummum miraculum in Monaſteriis a triginta annis recluſis hoſtiae conſecratae, & ne minima quidem edacis temporis laeſione corruptae, ſed ita purae, & integrae, ac ſi pridie reconditae forent.

Inter Civitates Reformatas Linzium Metropolis adhuc ſupereſt, quam Civitatem S. D. N. ipſe vidit: in eaque Patribus Soc. Jeſu Collegium aedificare conſtituit, niſi haereticorum

col-

colluvies, quae hic a proceribus provinciae fovebatur, obtitisset. Verum & hinc propediem ejicientur, & quidquid S. D. N. eo tempore facere volebat, id nunc commodissime fieri poterit. Ad locum, quod atinet, lubens ipse id oneris suscipiam, & fidem Suae Sac. Ger. Majestatis nomine Romae datam, strenue exolvam, remque totam eo dirigam, efficiamque, ut praeter sustentationem Patrum, defuturum sit nihil, modo Sua Sanctitas negotium mihi committere non dedignetur. Nec magnae curae fuerit Suae Sanctitati honestam sustentationem illis assignare. Quae omnia Reverendissimae, & Illustrissimae D.V., ideo perscribenda duxi, ut in utroque negotio Deo honorem, & patriae nostrae commodum promovere possit. Quod ni fiat, timendum est, ne extremis malis, & periculis ansa porrigatur, Reverendissima, & Illustrissima D.V. quod pro conscientia aequissimum judicaverit, efficiat. Cui me & Illustrem D. Jo. Jacobum Lambergium unice commendo, operamque meam vicissim promptissimam deferens. Quam diutissime incolumem superesse precor.

Datae Passavii 1. Januarii 1598.

EPISTOLA LXII.

CAESARI CARD. BARONIO

CORNELIVS SCHVLTINGE STEINVVYCH.

Eum pro suo Maecenate eligit, & in clientum numero adscribi precatur. A Summo Pontifice primum in patria sua vacaturum petit beneficium, ne quos pro utilitate Ecclesiae jam inceperat labores, necessitate impulsus intermittere cogatur.

Quod diu desideratissimis litteris tardius respondeam, ignoscat Celsitudo V. Nam vestrae, quae pridie Iduum Septembris datae, mihi non prius, quam in fine praeteriti anni redditae sunt. Gratias immortales ago, quod vice Reverendissimorum Carafae, & Sarnani mei patrocinium suscipere non dedignatur. Sed in hoc gratulor Ecclesiae, quod duce, & auctore Baronio jam per septem tomos de sex prioribus saeculis contra Centuriatores, & Calvinistas, ac Lutheranos victoriam publicam obtinuerimus: non enim puduit Tuellium, & VVithake-

kerum in Anglia, nec Chytraeum, & alios in Germania, nec ipſum Joannem Calvinum in epiſtola ad Sadoletum, & alibi ad ſex priora ſaecula, tanquam puriora ante Gregorii Magni tempora, Catholicos inepte provocare, & diſputationis certamen offerre. Ac ſane graviter, ac prudenter quartae, & quintae Centuriae in florenti illo Eccleſiae ſaeculo quatuor integros tomos Annalium oppoſuiſti, Centuriatores quindecim in uno opere hiſtorico laborarunt, & cur non ut levior ſit labor totidem ſibi collegas aſſociat Baronius, ut ipſe operi hiſtorico ſuperintendat? Sexdecim totius hiſtoriae in Centuriis ſingulis capita ſtatuunt, ex quibus media pars per omnia pene pro Catholicis militat, ut non diffitetur Hoſius in epiſtola ad Cardinalem Amulium, cur non haec ab injuſtis poſſeſſoribus auro germanico conductis nobis vindicamus? Laetandum autem Eccleſiae, & nobis, quod tredecim Centuriarum exemplaria pene omnia diſtracta, nec recuſa vixamplius in Germania inveniantur, & jam per veſtros Annales è manibus hominum excutiantur. In eo quoque gaudendum, quod in praefatione ſeptimi tomi de propagatione ſequentium tomorum nos quodammodo ſecuros reddat. Magnum ſtudiis noſtris per ſcriptionem Annalium allatum adjumentum, tum ad perfectius intelligenda ſacra Concilia, tum ad puriores Canones, & decreta ex fundamento cognoſcenda, tum ad veterum Patrum monumenta plene percipienda, tum denique quod hiſtoriam Eccleſiaſticam expurgatam, & ab omnibus erroribus vindicatam ſumus conſequuti. Bis jam ſeptem Tomos Annalium evolvi, primo notavi ea, quae ad delicatas, & lautas antiquitates ſpectant Eccleſiaſticas, ſecundo etiam ea obſervavi, quae contra Calviniſtas faciunt maxime. Et quia uſus multae lectionis eſt lecta ſuis uſibus accomodare, auctore Macrobio, quicquid etiam ad convellendas inſtitutiones Joannis Calvini conducit, in quo libro omnia eorum dogmata continentur, quem etiam pro palmario habent, & quicquid etiam adpolitiam, & diſciplinam eorumdem, rejiciendam confert, ſtudioſe excerpſi, meiſque uſibus aptavi. Collectanea antiquitatum Eccleſiaſticarum, & eorum capitum, quae Calviniſtas feriunt, jam pene ad finem ſecundi Tomi Annalium deſcripta ſunt, cui autem ſuo tempore juſtius inſcribentur, quam primario auctori, primae origini, & fonti Illmo, & Rmo Caeſari Card. Baronio Maecenati apud Pontificem incomparabili? Jam vero Celſitudinem V. Summum Pontificem alloquutam meo nomine, ſupplicem libellum obtuliſſe,

ſta-

ſtatum, & conditionem perſonae meae expoſuiſse, omnique ſtudio laboraſse confido, ut voti mei compos efficiar, atque de benigna voluntate Suae Sanctitatis benevolum reſponſum deſidero. Quod ad ſtatum meae perſonae attinet, humiliter celare non poſsum Celſ. V., me 25. annos continuos ſacras, & profanas litteras Coloniae profeſsum fuiſse, & ſeptem annos egiſse Regentem Gymnaſii Laurentiani oeconomiae, nunc reſignata Regentia oeconomiae, ut commodius ſcriptioni vacare poſsim contra Calviniſtas, agere adhuc Regentem, & directorem ſtudiorum, profiteri etiam publice, & ſcribere contra inſtitutiones Joannis Calvini, & politiam, ac diſciplinam Calviniſtarum, ante annos 15. me innotuiſſe per compoſitionem Confeſſionis Hieronymianae Rmo quondam Joanni Bonhomio Epiſcopo Vercellenſi Nuntio Apoſtolico in his partibus. Mortuo Bonhomio, delegiſſe patronum novum Epiſcopum Vercellenſem Cardinalem Sarnanum ſub Sixto V. ſummae auctoritatis, & per novum Nuntium Octavium Tricarienſem veniſſe in notitiam ſummi patroni, Illuſtriſſimique Card. Antonii Caraſae Pontifici Sixto V. (nam Gregorius XIII. meo magno infortunio antequam Confeſſio Hieronymiana per Bonhomium Romam perveniret, mortuus eſt;) per utrumque Cardinalem, & per Epiſcopum Trevirenſem ſui commendatus. Hodiernus Nuntius Auſſerenſis (per quem etiam litteras ad me ſemper dirigi peto) ſic amore complectitur, ut me ſaepe menſae ſuae adhibeat, & de ſtudiis ſacris, & profanis mecum familiariter communicet. In modo, & via remunerandi verſatur omnis difficultas, nec enim modo vacat Praepoſitura, & ſi vacat, ſexcenti ibi, etiam noſtrates callidi ſunt venatores, & aucupes, qui praeveniant, quare non intelligo, nec capio ego aliam certiorem viam, quam eam, quae a Sixto V. excogitata erat, nempe ut addicatur prima vacatura Praepoſitura in Dioeceſi Colonienſi, vel Moguntina, aut Herbipolenſi, vel alibi, & Signatura gratiae per Praefectum Signaturae gratiae (nam Bullas de tali gratia habere vix potero,) & per Datarium ea de re per viam a Sixto V. inventam, tam apud Datarium, quam Praefectum Signaturae gratiae, aut in publico protocollo Pontificis, vel Conſiſtorii caveatur, aut annotetur, caſu incidente, ne quid tranſeat, donec mihi proviſum, & gratia conſummata ſit, aut Nuntio Coriolano Aſſuerenſi in hiſce partibus talis facultas communicetur, aut ſaltem a Celſ. Veſt. communicato conſilio cum Sua Sanctitate, & aliis

aliis peritis beneficialium rerum viris tutus, securus, & inviolabilis modus excogitetur, isque plane propter isthic inhiantes harpyias, & Curiales nostros, secretissimus habeatur, quo profecto potero duos continuo amanuenses alere, & scribas, & Ecclesiae Dei pro virili prodesse, donec autem talis casus incidat, poterit mihi aliunde pensio assignari, cum alioquin quotidie, propter haereticorum infestationes sic expugnamur, ut unica praebendula, quam possideo ad alendos amanuenses mihi pernecessarios sufficere non possit. Deus O. M. Vestram Celsitudinem diutissime ad perficiendos Annales conservet incolumem, meaeque caussae studiosum.

Dat. Coloniae ipsis Kalendis Januarii 1598.

EPISTOLA LXIII.

CAESARI CARD. BARONIO

M. VALENTINVS LEVCHTSIVS A FALCIMBERG.

Quod quidam haereseos fautores, in detrimentum fidelium Annalium opere impudenter abusi sint, certiorem facit, rogatque, ut sibi venia detur eosdem Annales in Teutonicum sermonem vertere, & in tot epitomes reducere pro totius Germaniae utilitate, & studiosorum consolatione.

AB eo tempore, Reverendissime Pater, Amplissime Domine Observandiss., quo primum Annales Ecclesiastici a Reverendissima D. Vestra maximo totius Christianae Reip. emolumento editi in Germania nostra visi, & in nundinis nostris Francofurtensibus semestribus venales expositi, magno sane applausu Catholicorum omnium appetiti, & ubique locorum distracti fuerunt, eidem Reipub. Christianae summopere gratulati sumus, quod tam solertem Annalium scriptorem hisce praesertim turbulentis, & luctuosis temporibus ex omnibus selectum tandem invenerit, qui illustriores historias, & in toto Christianos orbe res gestas ad suum fontem, & originem justo ordine reduceret, errorum tenebras dispelleret, & veritatis lucem divinitus quasi clarescere redderet, summis votis exoptantes, imo desiderio desiderantes, expectantesque aliquem ex nostris futurum Germanis, qui laborem transferendi eos in Teutonicam nostram linguam

guam infumeret, & nobifcum familiariter colloquentes faceret, fed hactenus immenfi laboris exantlandi magnitudo, idiomatis ex latino in germanicum difficultas eos, qui ftudium fuum in opus perficiendum collocarunt plurimum abfterruit, & in primo ftatim conatus fui limine confregit. Conftat enim in verfionibus linguarum potifsimum vero latinae in germanicam non folum dictiones latinas, fed & phrafes, & fententias plurimis germanicis reddendas effe, & fic non tantum in dupli magnitudinem accrefcerent tomi, fed multum faftidii lectoribus germanis (qui alias plerumque a crebris lectionibus, proh dolor! abhorrent) parerent; qua de caufa potius confultum, & quidem neceffarium fore jamdudum nobis perfuafimus, fi finguli tomi in tot Epitomes (ut ita loquar) germanice comprehenfas contraherentur, quod equidem plures alii viri principes mecum confentientes affiduis fuis hortatibus a me (quem utique in ejufmodi laboris genere exercitatum norunt) praeftandum efflagitarunt, imo precibus indefinenter contenderunt: id ipfum etiam fimul voluiffe Rm̃a V. D., cum in paraenetica illa epiftola primo tomo jam praefixa ad Generofum Dñ Dñ Marcum Fuggerum virum de Ecclefia optime meritum confultum effe judicaverit. Ego equidem in ifto opere elaborando jam ab aliquot annis multum licet fudoris, & ftudii impenderim, & quintum Tomum transferendo modo abfolverim, non tamen ob exiguitatis meae tenuitatem hactenus quidquam de eis in lucem emittere, & germanis noftris communicare aufus fui, nec etiam fine fpeciali permiffione, & applaufu Rm̃ae V. D. mihi tentare licuit. Sed cum, Rm̃e, & Aplm̃e D., conatum meum differendo in opportunum tempus protraherem, ecce lubricus ille antiquus ferpens venenum a pulcherrimis rofarum, & liliorum floribus decerpens, & undique evomendo diffundens, cum miris aftutiis duos impios impoftores, & perfrictae frontis haereticos inftruxerit, & ex inferni lacubus evocarit, qui (heu impudentia!) ex ipfis Annalibus Ecclefiafticis rerum, & hiftoriarum fenfum adulterantes, & ad fuas opiniones reflectentes latine alter, & alter teutonice fabricando centurias colligerent, earumque jam aliquot publice emitterent, prout ex femeftribus illis catalogis nundinarum noftrarum Francofurtenfium liquido paret. Huic petulanti audaciae, & facinori in tempore occurrendum, & Catholicae veritati fubveniendum magnopere neceffarium effe exiftimans, hafce devotas literulas ad Rm̃am D. V. exarandas placuit,

cuit, humilibus precibus contendens, & submisse rogans, quatenus Rma D. V. facultatem transferendi Annales ex latina in germanicam, & contrahendi eos in Epitomes germanicas mihi concedere paterne dignetur. Quod si a Reverendissima D. V. humiliter obtinuero, conabor omnibus meis viribus, ut proximo futuro semestri priores tomi in Epitomes redacti, servato tamen omnimodo rerum, historiarum, & temporum ordine, & sic successive singulis semestribus subsequentes in lucem, & Reip. utilitatem edantur, sin verò minus licuerit, contraham expansum velum, & navigatione, & versionis anfractibus manum abstraham. Poterit autem Rma D. V., si rescribere velit, illud mittere Comum Mediolanensis territorii ad honestum virum Paulum Bertum mercatorem, ibidem amicum mihi notum, & familiarem. Deus aeternus Rmam D.V. in tam spacioso magnarum procellarum pelago navigantem spiritus sui gratia adjuvet, & tandem ad felicem laboris portum, aeternam patriam perducat.

Dat. Francofurti Imperialium 2. Januarii Anno salutis 1598.

EPISTOLA LXIV.

CAESARI CARD. BARONIO

BARTHOLOMAEUS VILLERIUS.

Serenissimorum Principum Mariae matris, & Ferdinandi filii nomine grates persolvit quam plurimas, & pro perceptis beneficiis gratitudinem testatur.

Gratissimas, & plenas benevolentiae accepi literas V. Illmae D., quae plane paternum animum in me numquam meritum effudit; ex quo me perpetuo sibi, suisque omnibus mancipárit. Quod autem sacris muneribus, una cum salubri, & sancta precatione abeuntem me prosecuta est V. Illma D. fecit, ut paternae benignitatis nunquam immemor vivam. Retuli serenissimis Principibus Mariae Matri, & Ferdinando filio studium V. Illmae D. in eorum negotiis isthic promovendis; qui pro sua benignitate maximas agunt ex cordè V. Illmae D. gratias, rogantes insuper V. Illmam D., ne gravetur inter suas gravissimas, quas pro Ecclesia Dei suscipit, occupationes etiam cogitationem, & curam subire earum rerum, quas isthic proponunt Principes ad gloriam Dei promovendam, & animarum salutem propagandam. Dabunt ipsi operam, ut officiorum vicissitudine ali-

aliquando V. Illmae D. respondeant, quam Dominus Deus incolumem diutissime in sua sancta gratia custodiat, detque fortitudinem, & robur, ut opus, quod ad utilitatem Ecclesiae Dei, & ornamentum aggressus est, perficere possit. Humiliter me sanctis Sacrificiis, & orationibus commendo.

Graecii 5. Januarii Anno 1598.

EPISTOLA LXV.

CAESARI CARD. BARONIO

RANUCCIUS FARNESIUS DUX PARMAE

Suam quamdam maximi momenti caussam summopere commendat, multaque affert motiva, multasque rationes, ut ejus patrocinium suscipiat.

PER lettere del Signor Cardinale mio fratello ho inteso il ragionamento fatto con VS. Illma per il negotio del Pallavicino, & la risposta amorevole da lei riportata, & vengo a ringratiarla della sua buona dispositione verso casa nostra, assicurandola, che sarà sempre contracambiata di molta affettione, & desiderio di servirla, & saprà, ch'io non ho mai desiderato altro, ne desidero nella causa d'esso Pallavicino, che la mera giustitia, senza offesa però della giurisdittione, & delli privilegii notorii di questo mio stato, talchè, se lui pretende, che la sentenza data da questo mio conseglio doppo d'havere per più anni intese le ragioni delle parti, non sia stata conforme alla giustitia, io non ricuso di farla rivedere, acciò sia ancor più ventilata, se bene io tengo per fermo, che sia stata giustissima, per essere secondo il parere d'infiniti valent'Uomini nella professione delle leggi, & in particulare di quelli, che oggidì vestono dell'habito di VS. Illustrissima, & d'alcuni anco, che sono mancati nel Pontificato, oltra li molti Collegii principali, che hanno scritto in mio favore ricercati per la sola verità, come Bologna, Peruggia, Padoa, Milano, & altri, ma solo pretendo, che la detta mia giurisdittione, & privilegii siano salvi, & così confido nella santissima mente di Sua Beatitudine, & nella bontà, & autorità di VS. Illustrissima, alla quale bascio le mani, & prego da Dio felicissima vita.

Di Parma li 20. Febbraro 1598.

EPISTOLA LXVI.

CAESARI CARD. BARONIO
NICOLAVS SERARIVS.

Modum proponit dissensiones inter quosdam utrique notos componendi, rogatque, ad desiderii assecutionem, doctos ac prudentes a S. Pontifice viros mitti.

NOn est, Rme, & Illme D., non est, quod apud me de tardatis litteris excuses; quin potius est ipse quod excusem, interpellare te qui audeam. Quamquam non haec mea, sed tua potius culpa, in cujus tam excelso gradu pristina simul residet humanitas, & facilitas. Rarum hoc. Sed tanto, & majus, & mirabilius. De Rmo, & Illmo Herbipolensi quaesisti, ut audio, possetne ipsius in Religione zelus cum laude attingi. Omnino potest & vitae media in Germania sobrietas, & puritas, quam ornat mirificus studiorum bonorum amor. Sed forent haec omnia multo illustriora, nisi caliginis nescio quid e Buchonia, picea quaedam nubes daret: fuldense dico, illud pertristе, funestumque negocium, quo multa animarum millia negliguntur, quae optimi alioquin, & bene zelosi Abbatis opera, & studio ad religionem revocari coeperant. O quam optandum, duos magnos Catholicae Fidei zelatores unam in charitatem revocari! Et putarem fieri posse, si litigantium Jureconsultorum, & Advocatorum turbis omnibus remotis, per bonos quosdam viros auctoritate apud utrumque pollentes pie, religioseque, nullo strepitu, in silentio, quasi coram Deo, tentaretur concordia. Utriusque bonus animus, utrumque novi. Sed quando ad tribunalia venitur, acta leguntur, & releguntur, infinita lis. De Annalium cursu gaudeo plurimum. Sed quemadmodum illi dolebant, maxime in verbo, quod S. Paulus dixerat, *quoniam faciem ejus non essent amplius visuri*, ita ego ad tuum illud: *Impossibile ad plures annos vitam propagare* cohorrui. Spero tamen, quod addidisti futurum, ut potenti virtute sucurrat Deus, Teque Ecclesiae universae superstitem quam diutissime conservet. Hoc, fateor, Deum oro & orabo, quoad licuerit. Nam certe debeo tantis a Te beneficiis, tantoque amore, & benevolentia, nullo prorsus meo merito, plures hosce annos, ornatus.

tus. Accepi vero Agnorum Dei benedictionem, sed in primis laetanter, & reverenter Sacrosancti, vitaeque largitoris Ligni particulam. Vale Rme, & Illme D.

Moguntiae scribebam sacris ineralibus 1598.

EPISTOLA LXVII.

CAESARI CARD. BARONIO
MARIA AB AVSTRIA.

Quod nobilem quemdam a se commendatum benigne acceperit. gratias agit, rogatque ut pro Passaviensis Ecclesiae Episcopatu Archiducem Leopoldum filium suum S. Pontifici efficaciter commendare non recuset.

JOannem Jacobum Baronem a Lambergh Passaviensem Canonicum, qui filii nostri Archiducis Leopoldi, Ecclesiæque rem in Passaviensi negocio acturus Romam proficiscebatur, quam benigne, & humaniter Illmi D. V. exceperit, simulque quanta propensi, optimique erga nos, filiosque nostros, ac universam familiam nostram Austriacam animi signa ostenderit, ex ejusdem Canonici litteris plane intelleximus. Id autem quam pergratum nobis, perque jucundum fuerit, licet verbis a nobis satis exprimi minime possit, idipsum tamen silentio penitus non praetereundum, sed significandum Illmae D.V. fore duximus, cum, ut ei, etsi non quas deberemus, quas tamen possumus maximas gratias ageremus, tum etiam, ut eamdem rogaremus, ut quo studio filii nostri Archiducis Leopoldi partes in Passaviensi obtinenda Ecclesia tuituram se pollicita est, eodem etiam apud S. D. N. agat, ut beneficii Ecclesiae Passaviensis, & Austriae Provinciarum omnium praecipue ratio habeatur. Quod quidem Illustrissima D. V. facile obtinebit, si Sanctitati Suae, apud quam commendationem suam plurimum ponderis habituram confidimus, Episcopatum illum filium nostrum assidue commendabit. Id vero, si effecerit, & filium ipsum ad afflictae Passaviensi Ecclesiae opem ferendam, Catholicamque Religionem in nostris Austriae Provinciis ardentiore studio tuendam omnino impellet, & nos Matrem non parvis de causis maerore nunc confectam, maxima afficiet consolatione. Brevi autem, quia omnis mora certe oberit, negocium hoc expediendum fore cum existimamus, Illmam V. D. rogatam velimus, ut quidquid opis filio

filio nostro hac in re afferre decrevit, id totum quam primum fieri poterit, efficere dignetur. Nostram autem, filiorumque operam studium, atque industriam omnem Illmae D. V. commodis, & ornamentis prompte deferens, eidem a Deo bona omnia, feliciaque precamur.

Datae Graecii 7. Mensis Martii Anno 1598.

EPISTOLA LXVIII.

CAESARI CARD. BARONIO

STANISLAUS ARCH. GNESNENSIS.

Cum magno animi desiderio, & cum omni cordis affectu familiarem suum quemdam Romam proficiscentem ardenter commendat, rogatque, ut eumdem sub suo patrocinio tueri, & fovere dignetur.

QUO amore R. D. Hieronymum Barboncinum apud nos praesentem libentissime semper complexus sum, eodem discedentem a nobis Romam usque prosequi, atque adeo ad Illmam D. V., cujus ego singularem, & constantem erga me benevolentiam semper experior, comitari volui. Enim vero tantum excellentes R. D. Hieronymi virtutes sui apud nos desiderium fecerunt, ut cum memoriam illius praesentiae nulla unquam quantumvis longissima absentia ex animis nostris tolli permittere velimus: tum vero apud eos, apud quos amorem nostri semper vigere cupimus, ejus viri praesentiam florere omni studio exoptemus. Eam equidem toto hoc tempore, quo in Regno Poloniae penes Illmum D. Episcopum S. Severi caussarum fuit Auditor, & in judicando prudentiae, & in decernendo aequitatis, & in omni officio humanitatis laudem obtinuit, cum apud omnes Regni Poloniae Episcopos amorem promeritus est. Neque quidquam dubito, eamdem omnino animorum benevolentiam apud Illmam D. V., eique prudentia, & humanitate similes, talem virum experturum. Illud tamen ab Illma D. V. pro meo officio peto, ut cum suarum virtutum caussa R. D. Barboncinum amabit, etiam pro memoria mei erga illum optimi studii majore gratia, & favore eumdem prosequatur Illma D. V.. Quem ego quam diutissime optime incolumem in Ecclesia Dei florere plurimum semper cupio.

Dat. Warsaviae ex Comitiis generalibus 15. Aprilis 1598.

EPI-

EPISTOLA LXIX.

CAESARI CARD. BARONIO:

ALEXANDER MEDICEVS CARD. DE FLORENTIA.

De electione Nepotis sui ad Episcopatum valde laetatur, ac gratias agit; rogatque, ut promissam a S. Pontifice dispensationem impetrare velit.

SE non fusse, che mi ritiene il beneficio, che io conosco, che viene al Christianissimo per la pace, direi, che non hò havuto minor contento dell'esser riuscito all'esamine Fra Bernardo mio nipote, così che io, se ben speravo, non harei creduto tanto. Confesso, che per il sangue, & per la sua delicata complessione hò desiderato, che sia fatto Vescovo, ma non tanto, che io non abbia piu gusto di haver raccomandato a Sua Beatitudine persona, che non sia al tutto indegna di esser promossa a sì degno offitio. Hò molti riscontri di quanto mi scrive VS. Illmā, stimo infinitamente la sua lettera, perchè son certo, che per piacermi non si discosterà dal vero, la quale in ogni miglior modo ringratio de i favori, che ha fatti a mio Nipote in tanti modi, & mi godo con il suo testimonio, che ella non ne debba rendere severo conto a Dio, anzi haverne premio. Io non posso essere più obligato a Sua Beatitudine, che io mi sia de tanti favori, che l'un sopra l'altro ne mi cumula, nè amarla più; il che mi rende più forte, & virtuoso in servirla, che non farei per altri; & conosco che non ne son cambiato con quella proportione, che si conviene a tanto Principe, per questo, & per molti altri rispetti bramo di servirlo d'appresso, il che spero, ancorche io tema, che con l'indugio a darmi assoluta licenza, la quale non hò per ancora, se non promessa, mi passino i tempi di far viaggio commodo alla mia Senettù, e che se VS. Illmā senza essere importuna mi può ajutare, quanto sò, & posso, ne la prego. Se già innanzi che questa gli venga nelle mani non sarà spedito il negotio, con il quale fine quanto sò, & posso me gli raccomando. Dio la conservi, & prosperi.

Di Parigi li 6. Luglio 1598.

EPISTOLA LXX.

CAESARI CARD. BARONIO

C. GEORGIVS HONRICHART A LILIIS.

Monet ab haereticis, & a perversis torqueri fideles in Silesiae Provincia: idcirco postulat, ardenterque petit, ut, quam citius fieri poterit, de Episcopo & protectore provideantur fideles, cui toto corde, & animi fervore robur, & fortitudinem Spiritus Sancti auspicatur.

QUamvis ego, & veterum monumentis, & ipso rerum usu, quo pro aetatis meae ratione, & quibus non ita obscure defunctus sum muneribus, satis edoctus essem, quam indigne, & praeter meritum, sacrosancta exuleverit, & exulet in Sylesia, patria nostra, fides Catholica; numquam tamen adduci potuissem, persuaderi, in nonnullorum animis tantam insidere perfidiam, quantam nostra maxima cum jactura, gentis vero nostrae insigni cum dedecore his deploratissimis, & exulceratissimis temporibus nimium, atque nimium sensimus. At quando neque honesti, neque inhonesti ratio, nec gentis nostrae, & pristinae virtutis decus, nec ipsa Pontificis M. sanctitas, nec Cardinalium reverentia, non fides, non ipsum Sm̃im Servatoris nomen, quod toties sacrilega conjuratione ab insolentibus ad nostram deludendam simplicitatem sumptum est, hominibus omnis humanitatis, & verecundiae expertibus; ne quid in eos durius dicatur, in honore amplius habentur; avare, ambitiose, & scelesle ab aliquot annis moliti fuerunt, ac tandem inquietis suis & turbulentis ingeniis conciverunt lites, cum multorum piorum offensionibus, atrociores; ita ut res sit contra omnem bonorum expectationem eo deducta, ut jam de summa rei multorum .... sentientium judicio agi videatur. Sperabamus quidem, Illustrissime, & Reverendissime Princeps Cardinalis Amplifs., post tot, tantaque, vacante Sede Episcopali, in tota Silesiae Provincia populo refertissima, concitata pericula conjuratorum studiis, quibus Ecclesiae firmitas nutat, citius Summi Pontifici auctoritate, & amplissimi Cardinalium Collegii sobriis consiliis ad optatum, & felicem finem perductum iri; sed praeter spem mora nectitur. Quo-

Quoniam vero Celsitudo vestra inter omnes aetatis nostrae is sit Princeps, cui merito se plus fatetur debere communis Germaniae, & imperii Ecclesia, nullus inde pudor meus, vel verecundia facere potuit, quin ego quoque a V. Cels. submisse peterem, ut quemadmodum Illustrissima Cels. V. eam immensissimi laboris in edendis Annalibus (a quorum lectione me illecebrae aegre solent avocare) navavit operam, quam nemo bonus non approbat, sed judicat maxime opportunam, & necessariam: sic nunc Celsitudo V. in isto summo loco constituta, quo impotentius ad libidinem suam hoc nomine feruntur gentiles ii, qui sese suis viribus quidvis efficere posse somniant, & interitum Ecclesiae intentant; eo fortius, quidquid Celsitudini V. Illustrissimae a Deo concessum est facultatis, & virium, eo conferat, non solum, ut aliquorum ferocia V. Celsitudinis virtute contundatur; sed & ut, quantum illa potest, contra enitatur, ut Ecclesia haec, quae est Sacrum Dei Palatium, sarta tecta adversus quosvis insultus maneat.

Multa quidem sunt, quae ad hanc meam sollicitationem hortantur, quae hic referre, & hoc loco non ita videtur necessarium, illud tamen maxime (qui a Catholicis parentibus natus, a quorum disciplina puer admodum avulsus, multos annos eorum errore, qui ad Rhenum, & in Galliis reformatae religionis homines volunt nuncupari, potissimum in Electorali Palatina, & Navarrena aulis, implicitus fueram, & in aula DD. Augustorum Caesarum tenebar, tandem ab XIII. annis, quasi ab exilio in gremium Ecclesiae redierim) jam cum extrema clade tristem hanc Episcopatus nostri faciem, obortis tam intempestivis dissidiis magis, ac magis contamninari, & cum offendiculo, non sine multorum piorum lacrimis, intueri me oporteat. Sed quando id omnium hominum memoria proditum est, atque adeo multo usu comprobatum, quo quisque aliquam cum animi oblectatione pulchrae rei egregiam operam locavit, eomagis ad eamdem, si necessitas postulat, non tantum ab omni aetate monumentis Ecclesiae Dei consignandis, verum etiam consiliis, & auctoritate amplificandam ardentius ferri, ut bene incoeptum opus, utrimque tandem, summa omnium bonorum gratia ad finem usque constantissime persequatur. Idcirco visum est expedire, si ego unus aliquis Cels. V. magnitudinem animi, potissimum vero, quod ea, quam Deus praeter ceteros Cardinales ad hoc honorum culmen evexit, in ista aetate

Hh sum-

summi studii, & sanctissimi zeli tam omnibus piis nunquam satis laudandum specimen ediderit, vel ad hanc nostram Ecclesiam juvandam his litteris submisse commonefacerem; utque Celsitudo V. Illustrissima reliquos consilii Cardinalium participes, qui Christi nomine in eo sacro Collegio sunt positi, ultro ad eamdem propensionem, & mentem provocet, ut nobis ad eum Senatum, tamquam ad sacram anchoram confugientibus, & his tempestatum procellis agitatis detur is Episcopus, cui curae sit omnium nostrae gentis salus, & quo hoc potissimum tempore (quo effraenis libido in Ecclesiae, & suam ipsorum Auctorum perniciem conjurata tumultuatur, ac Caelum terra miscere studet) illorum conatus, & prava consilia, sublato pol . . . . . & naturalis aequitatis custode, ac vindice, quibus hominum societatem conservari oportet, disjiciantur. Nam multi . . . . locis, suos oculos in Catholicae fidei exitium converterunt . . . . arcere, & cupiditates subigere; Ecclesiam vero ab in . . . . in pristinam dignitatem vindicare, unice moribus probatus, & innocentis, vel inculpatae vitae Episcopus poterit.

Quod vero haec ad Celsitudinem V. scribere ausus fuerim, hoc totum dabit ea meo in se ardentissimo amori, easque justus animi dolor tot verbis expressit.

Nam ut ego (quod, ingenue dicam, calamo stimulum addidit) jam a multis annis familiarius Celsitudine V. Illustrissima tanquam bono patrefamilias, in suis scriptis editis sum usus; & ei tamquam assuetus, ob oculos quotidie obversor, sic mihi videor, jam quasi in eam Celsitudinis V. interpellandae possessionem venisse, ut audacius, & multo confidentius, ad eam accedam, quando Illustrissimae V. Celsitudinis in Christiani Orbis bonum commune tanta propensio, & erga omnes homines summa humanitas appareat; in rebus gerendis animi moderatio; acerrimum judicium, & sagacitas, inque Dei Ecclesiam sanctissimum studium existat, quibus Celsitudinis V. virtutibus ad nostri defensionem maxima cum nostrae gentis salute, uti speramus, sumus propediem usuri. Intellexit Celsitudo V. benigne, quae ad scribendum impulerunt; inde non opus esse arbitror, ut pluribus agam; ut, cui res nostrae, & Ecclesia aeque ac nobis sunt cordi: notiores autem ei fient etiam aliorum virorum litteris, quanta sit nostrae caussae, & postulatorum aequitas. Potest Celsitudo V., si quis alius, plurimum apud Summi Ponti-

ficis

ficis Sanctitatem gratia, cui si hujusmodi fuerit explicata dextere, suggeret Deus Spiritus Sanctus, ut Sua Sanctitas anxiis nostris rebus, & afflictissimis, ac prope deploratis adsit benigno suo favore, & ope. Ad quam tam necessariam caussam suscipiendam, precamur, auctores sint omnes Sacri Senatus Cardinales, qui Sanctissimum Christi nomen tueri, & consentientibus animis, & suffragiis auxilium ferre tenentur, ut ne eo nomine vel nostra memoria apud posteritatem male audiat, quod nos in bene agendo remissiores, quam nostri hostes, quorum undequaque tacita conspiratio nunc fervescit, in malefaciendo fuerint insolentiores.

Celsitudo V. Illma clementer meminerit, si beneficia bene locata tum demum beneficia vere censeri debebunt; tantam certe amplissimos Cardinales, tam alacriter, & juste agendo, apud nostrae gentis homines Catholicos, inituros esse gratiam, quantam apud gratissimos & obsequentissimos quosque mereri quis potest. Immo vero Deus ipse ἀγωνοθέτης noster, qui ea sibi impendi judicat, quae ad Ecclesiae suae tranquillitatem, ac proinde ejusdem aedificationem afferuntur magno cum foenore, tam necessario tempore in provinciam Sylesiorum cole..... beneficia abunde cumulabit. Cetera, quae ad rem ipsam penitius cognoscendam pertinent Celsitudo V. e nobili simul, ac Clar. D. Joanne Mattheo VVackero Caesaris Consiliario Augustali, & nunc apud Suam Sanctitatem internuncio, inque hac provincia diu, multumque versato satis cognoscet.

Opto Celsitudini V. Illustrissimae, & Rmae, cui me in fidem & clientelam submisse trado, perpetuum, & immutabilem Dei nostri, & Mariae Virginis, & Matris favorem, tum etiam in suis sanctioribus consiliis prosperrimos, & faustisimos progressus, & eventus.

Uratislaviae ex Insula S. Joannis 15. Julii 1598.

EPISTOLA LXXI.

CAESARI CARD. BARONIO.

AVGVSTINVS CARD. CVSANVS.

Explicat, cur tardius suas acceperit epistolas: itineris sui rationem reddit, gaudetque, quod S. Pontifex suum Venetiis agendi modum, non improbaverit.

HO ricevuta la lettera di VS. Illma delli 14. Luglio molto tardi, perchè essendo indirizzata a Milano, è poi capitata a Verona, dove hora mi trovo, già duoi giorni sono alloggiato dal Signor Cardinale di Verona, & penso fermarmi duoi altri giorni, & poi inviarmi alla volta di Milano.

Ringratio VS. Illma infinitamente dell' aviso datomi, che Sua Santità habbi approvato il mio procedere in Venetia con quel Signor Ambasciatore, parendomi di potere stare più sicuro da ogni colpa col giudicio di Sua Beatitudine. Noi ci siamo molto trattenuti in questo viaggio, parte dalle molte cortesie, che ci vengono usate, & parte per rispetto dell' Oratorio, il quale si è fondato in Padova, & Vicenza, havendo l'Abbate Massa ragionato in ambidue i luoghi mirabilmente, & dimani ancora ragionerà, ò sermocinarà qua in Verona, dove siamo regalati con profusa humanità da questo Illmo Signore Viviamo con continua memoria di VS. Illma, & nelle Messe, & nelli ragionamenti, & la desideriamo continuamente. VS. Illustrissima ne renda la pariglia. Saluto carissimamente il mio Monsignor Panfilio, & a VS. Illustrissima bascio humilissimamente le mani.

Di Verona il 1. Agosto 1598.

EPI.

EPISTOLA LXXII.

CAESARI CARD. BARONIO

FERDINANDVS COMES PALATINVS RHENI DVX BAVARIAE.

Quod de interitu Cardinalis fratris sui dolens, ex epistola sua non mediocrem acceperit consolationem testatur, rogatque, ut calamitatibus Bavariae medelam afferre non recuset.

REddita Illmae Dominationis Vestrae epistola, qua sapienter omnino conceptum ex amantissimi fratris Cardinalis obitu dolorem levare pro suo in nos amore singulari voluit, praeclareque docet, nihil ei magis in hoc mundo expetendum fuisse, quam ut ab istis honoribus primo quoque tempore ad regni caelestis honores abiret. Optime id quidem, satis enim vixit; at vero Ecclesiae, praesertim in hac nostra Germania nimium quam brevem vitam vixit. Haec causa est, cur ejus obitum pii omnes, quibus Germaniae status bene cognitus, magnopere deplorent. Enim vero cum divino beneplacito nobis acquiescendum sit, reliquum est, quod Illustrissima D. V. recte monet, ut vestigiis fraternarum virtutum insistamus, & Deo, atque hominibus probabiles nos exhibere studeamus. Illmam D. V. precamur, ut acerbissimas harum partium calamitates perspicere, & qua potest ope, ac adjutorio promovere continenter velit. Sic Deus eam bonis omnibus florentem servet.

Bonna 1. Augusti anno 1598.

EPISTOLA LXXIII.

CAESARI CARD. BARONIO

AVGVSTINVS CARD. CVSANVS.

Quod Mediolanum feliciter pervenerit, certiorem reddit. De quodam amico jocosam mentionem facit, rogatque, ut obsequii, & honoris sui apud S. Pontificem vicibus perfungatur.

ECcomi a Milano dopo il giro di 35. giorni, ove sono per gratia di Dio arrivato con salute. Non ci è mancato consolatione, & gusto per strada, & maggiore sarebbe stato, se havessi potuto goder la presenza di VS. Illma, & servirla sin qui, come desideravo. Voglio attribuir in buona parte all' orationi di VS. Illma d' esserci condotti sani in tempi così pericolosi: di che le rendo gratie particulari. Non sò, se di qua gli occorresse occasione, ove potessi servirla. Se sarà così, credo, che sappia quanto io desideri di farlo. Il Signor Abbate stà sdegnato con VS. Illma, & dice, che mentre credeva di ricevere molte gratie per il presente, che gli hà fatto, VS. Illustrissima comincia di novo a stuzzicarlo. Io non lo conosco di tanta carità, che sia per passarsela. A lui mi rimetto, se di quà vi sarà occasione di barche grandi, perchè le picciole non sarebbono a proposito; *Non venient, nisi magnis ad te muneribus onustae, interim hac spe fuere*. Prego VS. Illustrissima quanto posso a basciar i Sanctissimi piedi di N. Signore per me, & conservarmi nella gratia Sua Beatitudine, per la cui prosperità, come indegno Ministro dell' Altare, non manco di pregare il Signor Dio continuamente, & con affetto sincero. Bacio a VS. Illma humilissimamente le mani, & S. D. Maestà le conceda copiosi doni della sua gratia.

Di Milano 12. Agosto 1598.

EPISTOLA LXXIV.

CAESARI CARD. BARONIO

AVGVSTINVS CARD. CVSANVS.

Ejus frui presentia desiderium demonstrat inenarrabile, & assiduas ad Deum pro sua salute fundit preces.

RIcevo la lettera di VS. Illustrissima delli 17. Agosto, la quale non tratta, se non *de esca, & potu*, & pur ella sà il detto di S. Paolo. *Regnum meum non est esca, & potus.* Ma vò pensando, che ella intenda, come sole spesso ne suoi scritti, sensi allegorici; però ho preparata una buona quantità di libri spirituali novi di varie sorti per presentarglieli, & così si verificarà quella, che tanto desidera, cioè di possedere quella terra *fluentem lac, & mel*, & potrà dire meglio con verità: *Torrente voluptatis tuae potasti nos*. O'quanto abbiamo desiderato VS. Illustrissima per il viaggio, & hora più che mai nella stanza di Milano! Non plura per l'ora tarda. Bacio humilissimamente le mani a VS. Illustrissima, & me le raccordo ne suoi santi Sacrificj.

Di Milano 19. Agosto 1598.

EPISTOLA LXXV.

CAESARI CARD. BARONIO

CAROLVS CARD. A LOTHARINGIA. (a)

Binos patris & fratris ad Summum Pontificem nuncios ardenter commendat, deprecaturque, ut eis faveat in assequendo finem missionis, scilicet Caroli secundi matrimonium cum Catarina Regis Francorum sorore.

DEdit ad me nuper Sanctissimus D. N., & ad Serenissimos meos Patrem, & Fratrem litteras in forma Brevis, quibus de re longe aliter se habente, quam ad ejus aures pervenisse testifi-

(a) Fuit hic Caroli Lotharingiae, & Claudiae Valesiae Henrici II. filiae secundus filius, natus Nanceii 1567., non minus litteris navavit operam, quam virtuti, & pietati, egregiae indolis adolescens, & suavissimis moribus institutus Metensis Episcopus anno 1578. electus est, mox Card. a Sixto V. renunciatus est. An. 1592. a Canonicis Catholicis Argentinensis

ſtincentur praefatae litterae, plurimum queritur. Res eſt tractati a quibuſdam ab hinc menſibus, huc uſque connubii inter Principem fratrem meum, & Sereniſsimam Catharinam ſororem Regis Chriſtianiſsimi unicam. Ergo ſane, quod tali ejus rei fama, ac nuntio, quale ad ejus aures perveniſſe conjectu facile eſt ex eis litteris, Sanctitas Sua tantopere commota eſt, non miror, qui ipſius ſingularem omnino pietatem, charitatem, ac humanitatem perpetuo demiror, ac colo, ſed potius, ut negotii totius ſeries, ac veritas illi innoteſcat, egi cum praefatis Sereniſsimis Parente, ac Fratre meis, ut ad Beatiſsimos Pedes mitterent, qui, quod officium praeſtare per Legatum aliquem primae notae virum illi decreverant, jam antequam dictae Sanctitatis Suae litterae eis eſsent redditae, eodem officio, quam fieri poſſet primum defungerentur. Illi vero in animum induxere, neminem prorſus verius, ac ſine fuco rem expoſiturum, quam Reverendos hoſce Patres harum latores Fr. Pontium Clericium Cuſtodem Ord. Fratrum Minorum Provinciae Lotharingiae, atque a confeſſionibus, & concionibus dictorum Sereniſſimorum Parentis, & Fratris, & Fr. Joannem Reginaldum Guardianum Conventus ejuſdem Ordinis hujuſce loci, in eoque S. Theologiae profeſſorem, homines quidem tali muneri parum aſſuetos, ſed ideo commendatiores ad nudam veritatem explicandam. Atque illos eo nomine confidentius Illmae D. V. commendo, ut pro ea, qua me, ac meos complectitur benevolentia, qua nos in omnibus perpetuo devincit, humanitate dictis Reverendis ad Beatiſſimos Pedes, ac aures facilem aditum, ac benignum acceſſum procurare dignetur. Cetera ab illis audiet fuſe Illuſtriſſima D. V., dum ei a D. O. M. proſpera cuncta obteſtabor.

Nancii 30. Auguſti 1598.

EPI-

nenſis Epiſcopus pronunciatus eſt, & à Clemente VIII. confirmatus contra Jo Georgium Joachimi Electoris Brandeburgenſis filium, qui ab haereticis Argentinenſis Adminiſtrator poſtulatus fuerat. Legati Apoſtolici a Latere in tribus Epiſcopatibus, Metenſi, Tullenſi, Virdunenſi, & Ducatu Lothareno, ac Barrenſi; mandante Sixto V., functus eſt. In meliorem tandem, ac tranquilliorem vitam receptus eſt Nancell anno 1607. Vide, quae de hoc Cardinali habentur apud Ciacconii Continuatores in ejus vita tom IV. col. 199. & ſeq.

EPISTOLA LXXVI.

CAESARI CARD. BARONIO.

NICOLAVS SERARIVS.

Agit de opusculo quodam suo, quo petulantiam cujusdam Romanae Ecclesiae Praesulum detractorem redarguit. In S. Kiliani gesta documenta & annotationes mittit, multaque fausta & felicia precatur.

SCripsit, Rme, & Illme Dne, Marquardus quidam Freherus de numismate census, quod, & quale id fuerit, libellum. Sed in Heydelbergensi Academia Juris interpretem cum agat, sitque adeo Comitis ipsius Palatini consiliarius, Catholicos interdum nulla etiam ratione admordet, maxime vero semel cum sarcastica tapinosi, laicos jam, & semidoctos non nescire ait, quae magni Ecclesiae Romanae Doctores, & Cardinales nesciant. Exemplique caussa nominatim e primo Annalium tomo Baronium recenset. Acceperam ab Amico unam, vel alteram horam, id opusculi, & continere me non potui, quin eidem illi, cui hoc miserat, breviculam illico Apologiam darem. Subita fuit illa quidem, & in haereticam arrogantiam minus, quam res forte poposcit, aculeata, ex eo tamen tempore obmutuit ille penitus, neque libellum videre deinceps licuit. Mitterem alioqui; sed ejus in locum meas istas in S. Kiliani gesta notationes mitto, quarum priores sunt quaedam veluti ad posteriores, quae plus vulgo afferunt utilitatis, illecebrae. In iis etiam Te ipsum, si legere dignaberis, invenies. Ubique siquidem, & semper tu, Rme & Illme D. mihi in oculis. Tui juges, exundantesque semper fontes omnium hortulos irrigant. Ferrariam tam in tuos Annales, ut ab iis vel temporis punctum Te avocaret, ferream fuisse dolerem, nisi concionibus, consiliis, ipsisque adeo exemplis auream illam, beatamque reddidisses. Tam tamen illinc Urbi te salvum, incolumemque redditum opto, & spero. In Urbe siquidem illa Orbis, cui laboras, totus. Vale, Rme, & Illme D.

Moguntiae ultima Dominica Septembris 1598.

EPISTOLA LXXVII.

CAESARI CARD. BARONIO

IACOBVS DE MARQVAIS.

P. Silvestrum de Mol Capuccinum Romam proficiscentem pro negotiis sui Ordinis commendat, rogatque, ut a S. Pontifice sibi impetret facultatem absolvendi a casibus reservatis.

FRrequentioribus litteris meis te interpellare religio mihi est, tum propter dignitatem Cardinalatus, tum maxime propter negocia, quibus pro Eccl. Dei continuo detineris. Summa tamen tua benevolentia, ac humanitas facit, ut has ad te mittam, rogatus, & interpellatus a P. Silvestro de Mol Ordinis FF. Capuccinorum. Qui cum libellum supplicem meditetur offerre S. Sanctitati pro negociis sui Ordinis, desiderat, ut in eo ipsi adesse digneris, ut piis ejus satis fiat votis: quod te facturum mihi persuasissimum habeo, cum de omnibus bene mereri studeas, ac maxime de hujusmodi viris, qui nihil magis in votis habent, quam ut Dei honor, proximique salus promoveatur.

Cum a multis mensibus egerim apud Suam Sanctitatem de facultate obtinenda absolvendi Confratres nostros de casibus reservatis, vel saltem ut ea facultas mihi concederetur, quam habent Generales Ordinum in suos, nihilque hactenus impetrare potuerim, non sum ausus te hac de re rursus interpellare, licet D. Clemens Sublindius me bene sperare jubeat. Id olim scio a Summis Pontificibus concessum fuisse monasteris S. Vedasti, ac Bertini nostri Ordinis, ut ex eorum monumentis aliquando memini me legisse. Ubi ad Urbem redieris hac de re rursum te Deo volente commonefaciam.

Octavus Tomus Annalium tuorum nondum in lucem prodit, expectatur tamen brevi. Faxit Divina bonitas, ut tam egregium opus, & utile Ecclesiae ad calcem perducere valeatis. Cui ubi te, tuaque commendavero, plurimam salutem deprecabor.

Tornaci ex Monasterio nostro S. Martini 5. Octob. 1598.

EPI-

EPISTOLA LXXVIII.

CAESARI CARD. BARONIO

IACOBVS SVAREZ A S. MARIA MINORITA.

Exponit quaedam dubia super usuris, & injustis quaestibus a Summo Pontifice definienda.

NON mireris, Illustrissime D., quod ego paupereulus frater, cujus fortasse apud tuam amplitudinem memoria non extat, has ad te litteras dare ausus sim: duo namque mihi hujusce meae temeritatis, si liceat talem nominare, felicem eventum promittunt, quorum alterum est illa summa tua benevolentia, quam dum in ipsa Urbe essem Romana expertus sum, qua quidem non solum me, ut pro more habes, recepisti, sed etiam difficultates aliquas, quae mihi circa primum tuum Annalium tomum occurrebant, familiariter, indigno licet, conferens adeo deremisti, ut oraculum quoddam caeleste me audivisse semper existimaverim. Alterum autem, quod me, ut sic tecum nunc agam impulit, desiderium est salutis animarum, quo nimis coarctor in his praecipue partibus, in quibus id operantibus nostri saeculi haeresibus, homines quotidie in majora peccata tanto facilius elabuntur, quanto Ecclesiastica disciplina magis contemnitur. In hanc ergo (ut rem aggrediar) Lugdunensem Civitatem post aliquas peregrinationes perveni, ut aliquos labores meos praelo mandare possem: in qua tam copiosam messem in Dominico agro inveni, ut postposita prima illa mea intentione, zizaniae haereticorum evellendae, ac Christianorum vitiis extirpandis operam navandam mihi fore necessario judicavi. Ecce jam quartus est annus, postquam hoc opus non sine magnis progressibus Deo O. M. auctore incepi (teste Reverendissimo P. nostri sacri Instituti Generali Ministro, qui rem propriis oculis vidit) sed vitium quoddam in ea tam altas radices jactas habere cognovi, ut nisi a S. Sede aliquod adhibeatur remedium, in magno salutis discrimine plurimorum animas versari certissimum sit. Qua propter te exoratum velim, ut re cognita pro tuo erga pios affectu super hoc Beatitudinem Summi Pontificis consulere digneris, & ad nos quid sibi visum fuerit

 rescri-

rescribere, quatenus quietem aliquam perturbatis plurimorum conscientiis afferre valemus (*a*).

Res

(*a*) Non dubium est, quin Ven. Baronius, qui ejus erat animarum zelus, & purioris doctrinae asserendae studium, & responderit ipse, & responsum a Summo Pontifice consulenti impetrarit. Nec vero nos non multam operam dedimus, si istiusmodi responsiones nancisci, repertasque repraesentare hoc loco possemus; quod quidem hactenus non licuit. Quid tamen hanc jacturam doleamus, cum in promptu sit, unde sarcire eam abunde possimus? Celebre illud dico responsum Benedicti XIV. immortalis memoriae Pontificis, quod eadem de re editum legitur in ejus operibus. Hoc igitur hic exscribere placuit, ne quid lectores in tam utili, tamque sinuosa quaestione requirant, tum ut Baronii, & Clementis VIII. litterarum desiderium, quatenus fieri per nos liceat, solaremur. Sequitur Benedicti Encyclica.

Benedictus XIV. Vix pervenit ad aures nostras, ob novam controversiam (nempe, an quidam contractus validus judicari debeat) nonnullas per Italiam disseminari sententias, quae sanae doctrinae haud consentanae viderentur; cum statim nostri Apostolici muneris partes esse duximus, opportunum afferre remedium, ne malum ejusmodi, temporis diuturnitate, ac silentio, vires magis acquireret; aditumque ipsi intercludere, ne latius serperet, & incolumes adhuc Italiae Civitates labefactaret.

§. 1. Quapropter eam rationem, consiliumque suscepimus, quo Sedes Apostolica semper consuevit. Quippe rem totam explicavimus nonnullis ex Ven. Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, qui Sacrae Theologiae scientia, & Canonicae disciplinae studio, ac peritia plurimum commendantur. Accivimus etiam plures Regulares in utraque facultate praestantes, quorum aliquos ex Monachis, alios demum ex Clericis Regularibus selegimus; Praesulem quoque Juris utriusque laurea praeditum, & in Foro diu versatum adhibuimus. Diem quartam indiximus Julii, qui nuper praeteriit, ut coram nobis illi omnes convenirent, quibus naturam totius negotii declaravimus, quod illis antea cognitum, perspectumque deprehendimus.

§. 2. Post haec praecepimus, ut omni partium studio, omnique cupiditate soluti, rem totam accurrate perpenderent, suasque opiniones scripto exararent; non tamen expetivimus ab ipsis, ut judicium ferrent de contractu, qui controversiae causam initio praebuerat, cum plura documenta non suppeterent, quae necessario ad id requirebantur; sed ut certam de usuris doctrinam constituerent, cui non mediocre detrimentum inferre videbantur ea, quae nuper in vulgus spargi coeperunt. Jussa fecerunt universi; nam suas sententias palam declararunt in duabus Congregationibus, quarum prima coram nobis habita est die 18. Julii, altera vero die prima Augusti, qui menses nuper elapsi sunt; ac demum easdem sententias Congregationis Secretario scriptas tradiderunt.

§. 3. Porro hae unanimi consensu probaverunt.

I. Peccati genus illud, quod usura vocatur, quodque in contractu mutui propriam suam sedem, & locum habet, in eo est repositum, quod quis ex ipsomet mutuo, quod suapte natura tantundem dumtaxat reddi postulat, quantum receptum est, plus sibi reddi velit, quam receptum est; ideoque ultra sortem, lucrum aliquod, ipsius ratione mutui, sibi deberi contendat. Omne propterea hujusmodi lucrum, quod sortem superet, illicitum, & usurarium est.

II. Neque vero ad istam labem purgandam ullum arcessiri subsidium poterit, vel ex eo, quod id lucrum non excedens, & nimium, sed moderatum; non magnum, sed exiguum sit; vel ex eo, quod is, a quo id lucrum solius causa mutui deposcitur, non pauper, sed dives existat; nec datam sibi mutuo summam relicturus otiosam, sed ad fortunas suas amplificandas, vel novis coemendis praediis, vel quaestuosis agitandis negotiis, utilissime sit impensurus. Contra mutui siquidem legem, quae necessario in dati, atque redditi aequalitate versatur, agere ille convincitur, quisquis, eadem aequalitate semel posita, plus aliquid a quolibet vi mutui ipsius, cui per aequale jam satis est factum, exigere adhuc non veretur: proindeque si acceperit, restituendo erit obnoxius, ex ejus obligatione Justitiae, quam commutativam appellant, & cujus est, in humanis contractibus aequalitatem cujusque propriam & sancte servare, & non servatam exacte reparare.

III. Per haec autem nequaquam negatur, posse quandoque una cum mutui contractu

quos.

Res ergo, quae remedio maximo indiget, est hujusmodi. Tota haec Civitas, ac ejus populus mercatoribus praecipue constat,

quosdam alios, ut ajunt, titulos, eosdemque ipsimet universim naturae mutui minime innatos, & intrinsecos, forte concurrere, ex quibus justa omnino, legitimaque causa consurgat quiddam amplius supra sortem ex mutuo debitam rite exigendi. Neque item negatur, posse multoties pecuniam ab unoquoque suam, per alios diversae prorsus naturae a mutui natura contractus, recte collocari, & impendi, sive ad proventus sibi annuos conquirendos, sive etiam ad licitam mercaturam, & negociationem exercendam, honestaque indidem lucra percipienda.

IV. Quemadmodum vero in tot ejusmodi diversis contractuum generibus, si sua cujusque non servatur aequalitas, quidquid plus justo recipitur, si minus ad usuram, (eoquod omne mutuum tam apertum, quam palliatum absit,) at certe ad aliam veram injustitiam, restituendi onus pariter afferentem, spectare compertum est; ita si rite omnia peragantur, & ad Justitiae libram exigantur, dubitandum non est, quin multiplex in iisdem contractibus licitus modus, & ratio suppetat humana commercia, & fructuosam ipsam negociationem ad publicum commodum conservandi, ac frequentandi. Absit enim a Christianorum animis, ut per usuras, aut similes alienas injurias, florere posse lucrosa commercia existiment; cum contra ex ipso oraculo Divino discamus, quod *Justitia elevat gentem, miseros autem facit populos peccatum*.

V. Sed illud diligenter animadvertendum est, falso sibi quemquam, & non nisi temere persuasurum, reperiri semper, ac praesto ubique esse, vel una cum mutuo titulos alios legitimos, vel secluso etiam mutuo, contractus alios justos, quorum vel titulorum, vel contractuum praesidio, quotiescumque pecunia, frumentum, aliudve id generis alteri cuicumque creditur, toties semper liceat auctarium moderatum, ultra sortem integram, salvamque, recipere. Ita si quis senserit, non modo divinis Documentis, & Catholicae Ecclesiae de usura judicio, sed ipsi etiam humano communi sensui, ac naturali rationi procul dubio adversabitur. Neminem enim id saltem latere potest, quod multis in casibus tenetur homo, simplici ac nudo mutuo alteri succurrere, ipso praesertim Christo Domino edocente: *Volenti mutuari a te, ne avertaris*. Et quod similiter multis in circumstantiis, praeter unum mutuum, alteri nulli vero, justoque contractui locus esse possit. Quisquis igitur suae conscientiae consultum velit, inquirat prius diligenter, oportet, verene cum mutuo justus alius titulus; verene justus alter a mutuo contractus occurrat, quorum beneficio, quod quaerit lucrum, omnis labis expers, & immune reddatur.

§. 4. His verbis complectuntur, & explicant sententias suas Cardinales, ac Theologi, & viri Canonum peritissimi, quorum consilium in hoc gravissimo negotio postulavimus; nos quoque privatum studium nostrum conferre in eandem causam non praetermisimus, antequam Congregationes haberentur, & quo tempore habebantur, & ipsis etiam peractis. Nam praestantia Virorum Suffragia, quae modo commemoravimus, diligentissime percurrimus. Cum haec ita sint, adprobamus, & confirmamus quaecunque in Sententiis superius expositis continentur; cum Scriptores plane omnes, Theologiae, & Canonum Professores, plura Sacrarum Litterarum testimonia, Pontificum Decessorum Nostrorum Decreta, Conciliorum, & Patrum auctoritates, ad easdem Sententias comprobandas pene conspirare videantur. Insuper apertissime cognovimus Auctores, quibus contrariae Sententiae referri debent, & eos pariter, qui illas fovent, ac tuentur, aut illis ansam, seu occasionem praebere videntur. Neque ignoramus quanta Sapientiae, & gravitate defensionem veritatis susceperint Theologi finitimi illis Regionibus, ubi controversiae ejusmodi principium habuerunt.

§. 5. Quare has litteras Encyclicas dedimus universis Italiae Archiepiscopis, Episcopis, & Ordinariis, ut haec Tibi, Venerabilis Frater, & ceteris omnibus innotescerent; & quoties Synodos celebrare, ad Populum verba facere, cumque sacris doctrinis instruere contigerit, nihil omnino alienum proferatur ab iis Sententiis, quas superius recensuimus. Admonemus etiam vehementer, omnem sollicitudinem impendere, ne quis in vestris Dioecesibus audeat Litteris, aut Sermonibus contrarium docere. Si quis autem parere detrectaverit, illum obnoxium, & subje-

stat, quorum alii pecuniis abundant, alii industria negociandi maxime pollent, alii autem merces e remotissimis regionibus conducunt, quae postea per totum hoc Galliarum Regnum di-

vi-

ictum declaramus poanis per Sacros Canones in eos propositis, qui mandata Apostolica contempserint, ac violaverint.

§. 6. De contractu autem, qui novas has controvarsias excitavis, nihil in praesentia statoimus. Nihil etiam decernimus modo da aliis contractibus, pro quibus Theologi, & Canonum Interpretes in diversas abeunt Sententias. Attamen pietatis vestrae studium, ac Religionem inflammandam existimamus, us haec, quae subiicimus, axecutioni demandatis.

§. 7. Primum gravissimis verbis Populis vestris ostendite, usurae labem, ac vitium a Divinis Litteris vehamenter improbari. Illud quidem varias formas, atque species induere, ur Fideles Christi Sanguine rastitutos in libertatem, & gratiam, rursus in axtremam ruinam praecipites impellat. Quocirca si pecuniam suam collocare velint, diligantar cavaant, ne cupiditata omnium malorum fonte rapiantur, sed potius ab iis, qui doctrinae, ac virtutis gloria supra ceteros efferuntur, consilium eaposcant.

§. 8. Secundo loco, qui viribus suis. ac sapientiaa ita confidunt, ut responsum ferra de iis quaestionibus non dubitent, (quaa taman haud exiguam Sacrae Theologiae, & Canonum scientiam requirunt), ab extreiois, quae semper vitiose sunt, longe se abstineant. Etenim aliqui tanta severitate de iis rebus judicant, ut quamlibes utilitatem ex pecunia desomptam accusent, tanquam illicitam, & cum usura conjunctam. Contra vero nonnulli indulgentes adeo, remissiqua sunt, ut quodcunque emolumentum ab usurae turpitudine liberum existiment. Suis privatis opinionibus na minis adhaereans; sed priusquam responsum reddant, plures scriptores examinent, qui magis inter ceteros praedicantur. Deinde eas partes suscipiant, quas tum ratione, tum auctoritate plane confirmatas intelligent. Quod si disputatio insurgat, dum contractus aliquis in eaamen adducitur, nullae omnino contumeliaa in eos consingantur, qui contrariam Sententiam sequuntur, neque illam gravibus censuris notandam asserant, si praesertim ratione, & praestantium virorum testimoniis minima careat. Siquidem convicia, atque injuriae vinculom Christianae charitatis infringunt, & gravissimam Populo offensionem, & scandalum praeseferunt.

§. 9. Tertio loco, qui ab omni usurae labe se immunes, & integros praestare voluns, suamque pecuniam ita alteri dare, ot fructum legitimum solommodo percipiant, admonendi sunt, ut contractum instituendum antea daclarent, & conditiones inserendas aaplicent, & quem fructum ex eadem pecunia postulent. Haec magnopere conferunt non modo ad animi sollicitudinem, & scrupulos evitaodos, sed ad ipsum contractum in Foro caterno comprobandum. Haec etiam aditum intercludunt disputationibus, quaa non samel concitandae sunt, ut clara pateat, utrum pecunia, quae rite data alteri esse videtur, revera tamen palliatam usuram contineat.

§. 10. Quarto loco vos hortamur, na aditom relinquatis ineptis illorum sermonibus, qui dictitant, da osuris hoc tempore quaestionem institui, quae solo nomine contineatur; cum ea pecuuia, quae qualibet ratione alteri conceditor, fructus ut plurimum comparetur. Etenim quam falsum id sit, & a veritate alienum, plane deprehendimus: si perpendamus, naturam unius contractus ab alterius natura prorsus diversam, & sejunctam esse. Et ea pariter discrepare magnopere inter se, quae a diversis inter se contractibus consequuntur. Revera discrimen apertissimum intercedit fructum inter, qui jure licito ea pecunia desumitur, adeoque potest in utroque Foro retineri, ac fructum, qui ex pecunia illicite conciliatur, ideoque Fori utriusque judicio restituendus decernitur. Constat igitur haud inanem de usuris quaastionem hoc sempore proponi ob aam causam, quod ut plurimum ex pecunia, quae alteri tribuitur, fructus aliquis excipiaror.

§. 11. Haec potissimum vobis indicanda censuimus, sperantes fore, ut mandetis executioni quaecunque per has Litteras a Nobis praescribuntur: opportunis quoque remediis consuletis, uti confidimus, si forte ob hanc novam de usuris controversiam in Dioecesi vestra turbae concitentur, vel corruptalae ad labefactandum sanae doctrinae candorem, & puritatem inducantur. Postremo vobis, & Gregi curae vestrae concradito, Apostolicam Benedictionem impartimus.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem die prima Novembris 1745. Pontificatus nostri anno sexto.

viduntur, & sic unus ex alio ita pendet, ut Corpus unum appareat, quorum membra se invicem mutuo juvant. Qui autem pecunias tantum possident mutuo dant aliis mercatoribus, ut ipsis mediantibus negociari possint, vel merces aliunde adducendo, vel pannos sericos, lanificosque in ipsa Civitate conficiendo, quod in maximum emolumentum, & utilitatem provenit pauperum, quibus maxime abundat. Ipsi vero, qui tales pecunias mutuo accipiunt, singulis nundinis inter se conveniunt, ac rebus omnibus consideratis judicant, se posse dare mutuantibus certum quid pro tribus mensibus, quibus pecunias possident absque aliquo suo incommodo. Quo pretio sic stabilito, divites pecunias suas libenter mutuo dant, & sic illi, qui tantum industria pollent, acceptis pecuniis mercaturae vacant, eamque exercendo, & sibi provident, & pauperibus exercitia praebent, quibus sibi necessaria ad humanam vitam sustentandam acquirant. Alii autem, qui aliunde merces conducunt, facilius negotia sua exercent, & familias suas sustentant, sed quia tales pecuniae non darentur sic mutuo, nisi ratione pretii, quod mutuo dantes accipiunt, illud esse manifestam usuram, semper ab omnibus Praedicatoribus conclamatum est, quod ego dum pro munere saepius ago, sicut semper egi, maxima ipsorum mercatorum pars ad me venit, tantasque, ac tot super hac re proposuerunt difficultates, ut certe dignae sint, quae Summo Pontifici offerantur, ipsoque consulto aliquod adhibeatur remedium, quatenus ista vulnera ex felicissima manu sua consanescant.

Primum ergo, quod proponunt, est detrimentum maximum non solum Civitatis, sed etiam totius Regni, cujus mercatores ex ea maxime pendent, ut reliquis omnibus Civitatibus de multis rebus necessariis provideant, quas quatuor anni temporibus in ipsa emunt, & alibi transferunt, hoc autem negotium, si per ipsos mercatores, qui pecunias mutuo accipiunt exerceatur, cum tempus reddendi tales pecunias determinatum sit, modico lucro contenti, & creditoribus suis satisfaciunt, & aliis, qui ex eis emunt justo pretio, eas ubique distribuunt. Postquam autem homines illi, qui pecuniis abundant conscientiae scrupulo sic retenti eas amplius mutuo dare cessant, ipsimet merces omnes emunt, & cum non coarctentur tempore reddendi pecunias, nec interesse earum solvant, tandiu praedictas merces apud se retinent, quousque propter earum defectum carissime eas vendere possint, quod in maximum detrimentum, non solum

lum pauperum, ſed etiam totius Reipublicae evenit. Quod, ut ipſimet profitentur, non facerent, ſi eis aliquo moderato emolumento pecunias ſuas mutuo dare ſecura conſcientia liceret. Siquidem mercaturam coacti exercent, ut vivant, territorium namque hujus Civitatis, adeo anguſtum eſt, ut poſſeſſiones quas emunt, non inveniant.

Inferiores deinde mercatores pereunt omnino, ſiquidem merces, quas alibi emunt pretio ſoluto, huc afferunt, ubi eas dum vendunt per novem menſes, & ſaepius per annum coguntur credere emptoribus, quod efficere non poſſent, niſi pecunias mutuo ſtatim acciperent, quibus negotium interim exercere poſſint, tales autem pecunias aliter, quam pro depoſito accipere nec poſſunt, nec audent propter aliquas etiam magni ponderis rationes. Primo, quia licet cambium reale licitum ſit, tamen cum pretium pecuniarum ex aliena dependeat voluntate, & civitate, non poſſunt computare, utrum pecuniis ſic acceptis lucrum aliquod facere poſsint mercibus certo precio emptis, ſiquidem, ut ſaepius experti ſunt ex iſto ignoto pretio magnam jacturam fecere, & ſic plures familiae defectu harum pecuniarum minantur ruinam, ac fame pereunt, quarum patres accepta mutuo pecunia, expenſiſque computatis ſe lucrum facturos ſciunt, unde eos ſuſtentare poſsint. Siquidem, ut dixi, ipſimet, qui accipiunt pretium illius mutui, dant, & ordinant ex univerſali mercatorum conſenſu. Illud etiam magiſtra experientia norunt omnes, quod ſemper cambium per litteras majoris ſit pretii, quam poſsint pro mutuo dare, ita quod ſi mutuantibus dent pro ſingulis centenariis aureorum duos aureos, in tali cambio ad minus dent tres, vel quatuor, & ſaepius quinque, pro tribus menſibus, id efficiente, vel hominum malitia, vel aliarum Civitatum negotiis. Illud quoque maxima ponderatione dignum eſt; quod cum pecuniae pro extraneis Civitatibus ab aliquibus tantum dentur, & non ab omnibus, qui eas poſsident, ſaepius ipſi inter ſe conveniant de augendo earum valore, vel pro illa tantum Civitate dandis, in quibus certiſsime ſciunt multo plus valituras, quam acciperent, ſi mutuo darent, unde evenit ſaepius, quod inferiores mercatores neceſsitate coacti, eas ſic accipiant, & tandem tantum cambii onus ſuſtinere non valentes deficiunt, ac pereunt cum tota familia ut pluries accidit.

Eſt hic aliud non minoris incommodi inconveniens, ſiquidem ex tali cambio eorum & honor, & nomen maximo pericu-

riculo exponuntur, cum quidem litterarum acceptatio ex aliena dependet voluntate, eorum ſcilicet, cui eas committunt, qui ſaepius, vel propter pecuniae penuriam, aut aliquam diffidentiam eas non acceptant perſolvendas, & ſic remittuntur (ut ipſi loquuntur) proteſtatae, cum tanta ejus, qui miſit infamia, ut nullus poſtea ei vel minimum quid fidendum eſſe judicet.

Utebantur ex aliquorum conſilio olim cambio ſicco, uti iſtis incommodis providerent, ſed meo quidem judicio conſcientiae ſatis periculoſo, dabant pecunias Lugduni, ut poſt tres menſes ſolverentur eo pretio, quo tunc valuiſſent Venetiis, vel in alia extranea Civitate, de qua ad invicem conveniebant. At vero cum Campſores, qui ſic dabant, in eiſdem Civitatibus ſuos mutuo correſpondentes haberent, manupolio facto tali pretio in illa Civitate vendebantur pecuniae, ut ſaepius eveniret pro ſingulis tribus menſibus pro mille aureis centum ſolvere, & hoc quia qui pecunias habent nolunt eas extra Civitatem mittere propter ipſos Campſores. Tum quia eas periculo tanto exponere nolunt, tum quia nullos agnoſcunt in aliis Civitatibus, quibus eas committant, & ſic ut ſupra dixi, convertunt ſe ad exercendam mercaturam cum maximo totius populi detrimento, ut revera eſt, quia perit haec Civitas, pauperes non laborant, merces tanto pretio venundantur, ut clament omnes ementes.

Haec ſunt, quae ipſi mercatores proponunt incommoda, petuntque remedium, vel conſilium, quo eis obviare poſſint, & ego eorum nomine tibi ea offero, exoroque, atque obteſtor, ut mihi conſulas, quod tibi, vel Sedi Apoſtolicae viſum fuerit. Quod autem ego excogitaveram, etiam libentiſſime dicam, ut nihil intactum maneat. Maxima pars eorum, qui de contractu Societatis ſcripſere, affirmant poſſe contrahi ſocietatem, in qua unus pecuniam, & alter induſtriam ponat, cum aſſecuratione capitalis pecuniae, & lucri ab eodem facta, qui ſolam induſtriam ponit, ita ut ſi ex mille aureis donatis in ſocietatem probabiliter lucrari debeat unuſquiſque contrahentium ducentos, poſſit qui pecunias dat ei, qui accipit, quinquaginta pro aſſecuratione pecuniae dare, & quinquaginta pro aſſecuratione lucri, & ſic ultra ſuas pecunias centum certos recipere abſque alio periculo pecuniae datae, vel lucri. Sic tenet Johannes Maroni in 4. diſt. 15. q. 49. Gabriel eadem q. dub. 1. Conradus quaeſt. 97. de contractu. Sylveſter verbo Societatis 1.

quaest. 2. Covarruvias lib. 3. variar. resol. cap. 2. concl. 3. Navarrus in Man. cap. 17. n. 254. Josephus Angles in 4. Sentent. quaest. de Societ. Cajetanus opuscul. 17. responsionum resp. 11. Gregorius de Valentia in 3. part. D. Thomae quaest. 24. punct. 2. de Societate. Et omnium ultimus, sed auctoritate primus Illmus Cardinalis Toletus in sua Summa, quae hodie in hac Civitate typis datur. Nec valeat contra hos Doctores illa ratio, quae praecipue ab aliis haec opinio oppugnatur, sicut eam proponit Sotus lib. 6. de justitia quaest. 5. art. 1., quod in lucri distributione non habenda sit ratio pecuniae datae, sed solum periculi, cui eam exponit, qui dat, & sic talem societatem esse illicitam, quia Socii juste lucrum percipiunt ex suis rebus, prout ea ad lucrandum exponunt, & quia unus ex sociis ponens pecuniam, ipsam primum exponit periculo, ipsius pecuniae in lucro distribuendo ratio habenda est. Quare potest jure amittendo, qui dat partem lucri suam pecuniam, & alteram lucri partem assecurare. Quod confirmant illa verba in Leg. Si non fuerint ff. pro Socio ex Cassii Juris consulti sententia affirmantia. Ita coire societatem posse, ut nullam partem damni aliter sentiat, lucrum vero commune sit.

Haec cum ita se habeant, & quae intra mercatores hujus Civitatis fiunt, ferme ejusdem sint naturae, quantum ad substantiam, quia non dantur tales pecuniae mutuo, nisi solis negociantibus, nec ipsi eas accipiunt, nisi quando certo sciunt multo majus lucrum se facturos, quam solvant pro mutuo; credo, quod possit declarari, hujusmodi modus negociandi coincidere cum illo.

Est praeterea animadvertendum, quod illi, qui sic pecunias dant, eas maximo periculo exponunt, quia cum eas aliis dent, quorum facultates saepius ignorantur, evenit non raro, ut vel alicujus jacturae caussa, vel lucri non facti accipientes deficiant, & sic dantes vel universam pecuniam, vel majorem partem amittant, quia ex sola accipientis fide tota solutio dependet, unde videtur secundum aliquos, quod propter periculum imminens tali pecuniae, possint aliquid accipere, prout tangit Sotus, ubi supra, licet non approbem.

Accidit etiam, quod plures ex iis, qui has pecunias possident, praecipue Galli, eas habeant ex dotibus, quas cum mulieribus accipiunt, quae ex numeratis pecuniis constant, & cum ipsorum facultates ignorentur pro talibus dotibus conservandis suffi-

ſufficientem cautionem dare non poſſunt, unde libera conſcientia poſſunt eas mercatoribus dare ad negociationem, ut ſecura pecunia apud ipſos ſit, & tamen emolumentum accipiant, quo onera matrimonii ſuſtentare poſſint, prout colligitur ex cap. per veſtras, extr. de donatione inter virum, & mulierem, ut ibidem annotavit Johannes Andreas, & Navarrus, ubi ſupra, & mercatores qui tales pecunias accipiunt, quaſi mutuo accipientes illud ſolvunt, quod ſecundum commune judicium ſtabilitum eſt, nec enim aliter accipere volunt, quod in idem incidit cum aliis, licet forte non minori fraude, quam ipſi noverint. Meum tantum munus eſt tibi tanquam pro Patri, ac erga animarum ſalutem affectu maximo pleno haec proponere, & iterum exoratum habere, ut nobis conſulas, qui interim Deum O. M. pro integritate, & ſalute tuae Amplitudinis ſemper deprecabimur. Vale..

Datum Lugduni pridie Kalendas Februarii 1599.

Huic epiſtolae adnexus habetur ſequens ſupplex libellus.

Illmo, & Rmo Signore.

LI Mercanti di Lione ſoliti a negotiare li denari loro nel modo, che ſi negotiano le altre merci, hanno uſato per antica conſuetudine accomodarſi l'uno l'altro di fiera in fiera (le quali ſi celebrano ogni tre meſi) di eſſi denari con un certo intereſſe di due, fino in due e mezzo in circa per cento, & hanno creduto, che queſto contratto ſia lecito, sì perchè pare, che ſia di ragione, che il denaro a i Mercanti, che l' uſano, come merce vaglia alle volte lecitamente qualche poco più di quello, che communemente ſi ſtima, sì anche, perchè in queſti contratti pare, che ſecondo la più commun opinione ſi poſſa lecitamente accordare da principio il prezzo del lucro ceſſante, perchè ſono denari di Mercanti, a i quali ſi preſuppone, che ſia ſempre pronta l'occaſione di negotiarli utilmente, & ſono denari veramente eſpoſti al negotio, nondimeno perchè queſta forma di contratto è ſtata loro meſſa a carico di coſcienza, hanno perciò deſiderato col mezzo della lettera, che ſi preſenta, eſſere introdutti da V S. Illma per ſupplicarla, come fanno inſtantemente, che reſti ſervita d'uſare a beneficio dell'anime loro l' infinita ſua carità col pigliare cognitione di queſta cauſa, & favorirli del conſiglio, & autorità ſua ancora con la Santità di N. Signore in quello le parrà,

 che

che sia necessario per quiete delle coscienze loro, & continuatione dell' arte mercantile, la quale riceve essentialissimo mantenimento, & ajuto da questa forma di negotio, come si discorre nella lettera, che si presenta, & come anche si farà cognoscere più particolarmente a V.S. Illma sempre che commanderà d' esserne informata, della qual gratia ne restaranno con perpetuo obligo a V.S. Illma, per la salute del quale pregano continuamente Dio benedetto.

EPISTOLA LXXIX.

CAESARI CARD. BARONIO
FRONTO DUCAEUS.

Novam Gregorii Turonensis Epistolam promittit, Lugensque de Burdigalensis Ecclesiae viduitate, rogat ut huic quam primum a S. Pontifice provideatur, propter haereticos, qui in hisce partibus magis ac magis grassabantur. Tractat quaedam historiae puncta, & missurum se varia monumenta asseverat.

ETsi nondum fidem meam liberare possum, Illustrissime Cardinalis, & alteram Gregorii epistolam mittere, quod impositae privatae praelectionis munere nonnihil occuper, tametsi non publice, verum inter Ordinis nostri Socios docendum est, ne tamen falsi rumoris occasio dolorem inurat ex eo conceptum, qnod eam jam ad te missam periisse censeatis, faciendum mihi duxi, ut de ea re tota vos facerem certiores. Non enim illam epistolam, sed Remensis Concilii summam latine scriptam, & ex Flodoardi libro erutam adolescenti illi consanguineo meo perferendam tradideram, quam jam opinor genibus tuis complectendis advolutum alloquii tui benedictione cumulasti. Sed aliud nos quoque majoris momenti negotium impulit ad scribendum, ut nimirum incredibile desiderium Ecclesiae totius Burdigalensis tibi significaremus, quae nonum jam annum suo Pastore viduata summis precibus ab Apostolica Sede Sma jam electum confirmari postulet, & primo quoque tempore sibi donari. Sane quidem in hac tot haereticorum Urbibus referta provincia, ac Rupellae potissimum alterius Genevae vicinia pene obsessa, quam necessaria sit praesentis Archiepiscopi vigilantia, nihil opus est pluribus exponamus; quamobrem

brem ut si quae hactenus impedimenta sese objecerint, quibus confirmationis litterae differrentur, ea tuae auctoritatis interventu tollantur, fac quaeso nos impetrasse gaudeamus. In primis autem, ut Paulini nostri ad Amandum verbis utar, celeritate agendi opus est, ut haec domina gentis nostrae ab hac tam longa viduitate liberetur. Et quando nostram etiam minimam Societatem tibi caram esse non ignoramus, addam etiam ejus nomine hoc ipsum a te contendendum, ut nobilissimum virum Electum Archiepiscopum, tamquam insignem ejus amicum, ac protectorem tuo favore digneris, qui afflictam in hoc regno sublevare tanta caritate visus est, ut non modo catenas nostras non erubuerit, sed invidiam omnem nostrae defensionis suo unius capite excipere voluisse judicetur. Redde igitur hunc vere a nobis amandum huic Ecclesiae Amandum suum, redde Delphinum, & qua plurimum apud Anastasium Saeculi nostri vales gratia, quaeso effice, ut tuo suffragio commendatus carissimae suae Sponsae amplexibus concedatur. Ignosce, quaeso, importunis litteris, & audaciam nostram eo mitiori censura plectendam arbitrare, quo ab eximia tua humanitate quodammodo provocatus facilius mihi persuadere potui in tam honesta caussa minime damnandum studium in patriam nostrum visum iri. Vale, amplissime Cardinalis, & nos sanctissimo tuarum precum saeptos praesidio semper fove tibi deditissimos.

Burdigalae Pridie Cal. Februarii 1599.

Quas olim Francofurti collegimus in Marianum Scotum varias lectiones, jam misisse me arbitror, & illam praecipue, qua Joannis Heroldi detegebam imposturam, fabulam illam Joannis mulieris incrustantis. Scripsit enim: *Huic successit Joanna mulier*, cum in autographo MS. libro, quem ei Joannes Latomus Decanus Francofurdiensis tradiderat, scriptum esset: *Joannes*, *qui fuit mulier*, *ut asseritur*, idque mihi Latomus ipse bonus senex confirmavit, quem audio mense Augusto nuper obiisse, virum ordinis nostri amantissimum, & qui cum vivus hospitio nostros exceperit, post mortem etiam eos excipere voluisse visus est, constitutis in eam rem redditibus, & pecunia ad eos fundandos derelicta. Sed neque praetermittendam putarem fidelem, ac strenuam operam, quam Ecclesiae Christi navavit in hoc regno Florimundus Raemundus (a) hujus

(a) Consule si placet, quae de Raemundo, ac de hoc ejus opere dicta sunt a nobis superius in notis ad Epistolam, quae est num. CLXXII. tom. 2. pag. 155.

jus Senatus Aquitanici Consiliarius, qui singulari Catholicae Religionis zelo impulsus librum integrum non sine magna eloquentiae laude scripsit Gallice, quo fabulam illam Joannis feminae confutavit, & nequicquam obgannientibus Calvinianis Ministris secunda editione tutatus est historiae veritatem. Nunc etiam tertiam adornat una cum libro altero paris meriti, quo Antichristum non esse Summum Pontificem, sed haereticos potius Calvinistas ostendit, & ipsorum in Sedem Apostolicam conjecta crimina feliciter diluit. Curabit mox librum illum priorem latinitate donatum, & absolutum ad Sanctissimum D. N. mitti, & per filium suum ea de causa missum offerri. Certe non mediocre calcar hoc illi erit, ut in isto generoso Ecclesiam tuendi proposito perseveret, si non indignam brevi elogio fidelitatem ejus arbitreris, qui in libris suis perhonorificam de te non semel fecit mentionem, *& Fidelem totius Ecclesiasticae Antiquitatis secretarium appellavit*. Iterum vale.

EPISTOLA LXXX.

CAESARI CARD. BARONIO

NICOLAVS FABER.

De ejus ad Purpuream dignitatem electione, tanquam de operum mercede, & laborum, laetatur & exultat. Cur in excudendis B. Hilarii fragmentis, ab amico morte perempto relictis, moram duxerit, commonefacit. Quaedam de prioribus Ecclesiae Saeculis monumenta mittit, & judicio submittit.

QUod oracula Sacra vetant, Cardinalis amplissime, atque Reverendissime, quemquam in conspectum Dei venire vacuum non solum de summo illo numine, a quo velut ab uberrimo fonte omnis potestas promanat intelligi debere, sed etiam ad eos, quos immensa illa majestas honore sibi proximos in terris constituit, referendum esse semper mihi persuasi. Et certe par est, eos in divinis honoribus proportione quadam Deo participes fieri, quos Divinitas ipsa Dei nomine censeri voluit. Haec causa est, cur ex quo tempore tuis litteris respondi, quas, ut primum te virtus, & egregia in publicum meri-

merita ad hunc augustissimum ordinem, in quo nunc splendes, evexere, plenas humanitatis, ac amoris ad me dederas, munere destitutus, quod amplitudine tua dignum videretur veritus sim, puduitque scribere, quod sane praeter spem, expectationemque meam diutius protractum est. Tunc temporis enim doctissimus Pithoeus cujus memoria in benedictione est, (a) haec insignia B. Hilarii fragmenta Augustobonae Tricassium, quo Lutetiae grassante lue concesserat, ea autem Urbs quatuor dierum itinere a Lutetia distat, jam edenda curabat, quae ut ad umbilicum perducta forent, ad te mittenda decreveram. Sed ut fluxa sunt mortalium consilia, repentino tanti viri interitu, praeterquam quod in reliquum vitae re pretiosissima sum orbatus, si modo ut inquit ille κτημάτων πάντων τιμιώτατόν ἐςι φίλος ξυνετός τε, καὶ εὔνους etiam testandae meae in te observantiae praerepta est occasio. Quamvis enim vir ille plane optimus, publicique commodi vel in extremo vitae spiritu studiosissimus, testamento jussisset editione illa confici, meque absentem rogasset, ut absolutum opus praefixa epistola eruditissimo viro D. Thuano Senatus Parisiensis praesuli, utrique nostrum valde amico nuncuparem, derelictis tamen sequioris sexus tantum liberis, & optima Conjuge luctui, & componendae rei familiari occupata, antequam quae jam ibi edi coeperant Lutetiam deveherentur, ubi tandem absoluta sunt, res in hos menses delata est. Haec operis intermissi prolixior dies nobis otium dedit, & negotium, effecitque, ut qui primo voluntati clarissimi, carissimique viri simplici epistola satisfacere statueram, ubertate materiae, argumentique pulchritudine invitatus, atque allectus sensim me protrahi ad hunc longioris praefationis contextum sim passus. In qua, si quid sit, quod eruditis tolerabile videatur, quod ne perexiguum sit vereor, totum tibi deberi lubens agnosco. Ecclesiasticam enim historiam copiosissimi tui Annales adeo facilem, ac familiarem effecere, & quicquid apud antiquos abditum, atque occultum ita promptum, & sub manu, ut qui in posterum aliquid in eo genere tentaverit, necesse habeat, vel quae studiosissime digesseris compilare, vel ea scribere, quae auctores antiquos praeterierint, quorum alterum frustra fuerit, alterum juxta periculosum, ac difficile. Haec mihi ad ista fragmenta quaedam praefari cogitanti, historiamque Arriomanitarum tuo du-

ctu,

(a) Vide Adnotationem in Epistola XXXVI. lit. (c) tom. I. pag. 261.

ctu, felicibusque auspiciis percurrenti, cum animadverterem historiae Ecclesiasticae auctores antiquos passim a te, vel erroris, vel falsi, aliquando etiam malignitatis, atque fidei non rectae manifesto teneri, salivam moverunt, num etiam in istorum fragmentorum argumento tale aliquid commisissent, perquirendi. Quid autem ipse promoverim, si modo tantum tibi otii a publicis negotiis, privatisque studiis superest, ut ex eo aliquid in meis nugis legendis deperdere libeat, tuum erit Cardinalis eruditissime judicium. Nihil autem in iis θετικῶς, sed Pyrrhoniorum more σκεπτικῶς tantum, ϰ ζητητικῶς positum, quibus assensionem praeberi, tum demum recte existimavero, si exactissimo, gravissimoque tuo judicio non improbata sensero. Monet Propheta *ex ore Sacerdotis scientiam custodientis legem petendam esse*. Ex cujus igitur ore potius, quam tuo? Qui omnis eruditionis princeps in celeberrimo totius Orbis ordine eum gradum dignitatis, & auctoritatis obtines, ut qui te, vel aetate, vel tempore praecedunt, doctrina tamen, & morum sanctitate, praeclarisque in Remp. Christianam meritis longe se inferiores agnoscant. In istis autem fragmentis permulta sunt, quae veteris Codicis defectu, & operarum negligentia corrupta leguntur, quibusdam medelam facere adjunctis ad oram voluminis, quod ad te mittimus levibus conjecturis tentavimus, reliquis curandis integriore exemplari, & animo perspicaciore opus est.

Cum iis etiam epistolas tres Pelagii P. R., & quartam Innocentii Episcopi Maromae Civitatis de Histrico schismate, quod auctore Severo Aquilejensi Episc. in Histria factum est ob Tria Capitula Justiniani temporibus, ex antiquis membranis descriptas visum est ideo adjungere, quod non ingratas eas tibi fore existimaverim: historiam enim continent a nullo alio, quod sciam memoriae traditam, locumque in tuo Septimo Annali percommode sibi invenient. Ipsis autem Pelagii epistolis vetus exemplar praefixas habet duas Constantini Magni epistolas ad Nicaenam Synodum spectantes, quas, quia paucas paginas occupant, & dicuntur a Justiniano ad Vigilium missae, (quanam de causa, tui est acuminis investigare,) nec ipse omittendas censui. Haec certe licet amplitudine, ac dignitate tua longe inferiora sint, ab animo tamen tui nominis studiosissimo, virtutumque insignium, quibus ad immortalem gloriam viam tibi fecisti, profecta, atque oblata, ut pro tua humanitate

tate

tate aequi, bonique consulas, etiam atque etiam rogo. Vale ex Fossatensi Castro Cal. Februarii 1599.

EPISTOLA LXXXI.

CAESARI CARD. BARONIO

HENRICVS A LOTHARINGIA EPISCOPVS VIRDVNENS.

Duos ex ejus clientum numero Romam adeuntes beneficii cujusdam causa commendat, seque de eo servitio in aeternum memorem asseverat.

EX postremis litteris, quas ad Illm̃am, & Rm̃am D. V. dedi, facile cognoscere potuit, me ab iis rogatum fuisse, qui scirent, me ab ea amari, ut illi commendarem eos, qui putant, se me petente auctoritate sua posse quod desiderant assequi facilius, neque debet illa recusare, quominus sibi obliget eos, pro quibus Illm̃ae, & Rm̃ae D. V. filius, & Cliens eam rogat, praesertim iis in rebus, in quibus ne illa quidem deesset, si nemo eam rogaret. Itaque Franciscum de là Ruelle optimae spei adolescentem pro assequenda Coadjutoria Canonicatus, quem Decanus Ecclesiae meae obtinet, necnon Matthaeum de la Reaute, etiam Ecclesiae meae Canonicum pro Coadjutoria Decanatus ejusdem Ecclesiae meae Illustrissimae, & Reverendissimae D. V. commendo. Conficiendi vero negotii spem non mediocrem afferunt cum ipsius rei aequitas, tum vero summa Illustrissimae, & Reverendissimae D. V. apud Illustrissimum, & Reverendissimum Prodatarium, seu ejus Vicarium gratia, & auctoritas, quibus illos facile cessuros, confido. Quare quantum me ab Illustrissima, & Reverendissima D. V. amari sciunt, contendat illa, ut uterque desiderii sui gratiam a Sm̃o D. N. possit impetrare; cui, & Ecclesiae Catholicae Deus Illustrissimam, & Reverendissimam D. V. diu conservet incolumem.

Virduni 4. Non. Februarii 1599.

EPISTOLA LXXXII.

CAESARI CARD. BARONIO
JVLIVS WIRCEBVRGENSIS EPISCOPVS.

Dolet, quod aerumnae multae, quibus obruitur, occupationesque suae a lectione Annalium invitum absterreant, amicumque Romam proficiscentem suo patrocinio commendat.

IN tantis occupationibus valde suspicio tuum, quod ponis in Annalibus Ecclesiasticis conscribendis, studium indefessum, plurimumque doleo, quod quemadmodum cuperem mihi non semper suppetat tempus oblectandi me in illorum lectione. Mihi ob quotidianas curas, & molestias, quibus distineor, non secus evenire videtur, ac alicui viatorum, qui videns in arboribus fructus pulcherrimos, & suavissimos pendere, & contrectare tamen, & degustare nequit ob festinationem, & laborem, quibus premitur. Experior ego in Annalibus Illustrissimae Dominationis Tuae Ecclesiasticis Ecclesiasticum thesaurum contineri, Martyrum nempe constantiam, & fortitudinem; Pontificum in salute aliorum procuranda zelum, & ardorem; religionis item nostrae antiquissima documenta, & expressa vestigia. Singula vero aspicere, & intueri non sinunt meae occupationes; & licet omnia percurrere non liceat, omnes nihilominus tomos (quorum hic septem extant modo) ad finem optatissimum perduci exopto: perducentur vero, si Deus vires, vitamque longiorem concesserit, quam a Deo Reverendissimae, & Illustrissimae Dominationi V. precor, & permanenter rogo, ut harum lectori Suffraganeo Bambergensi omnem humanitatem, & benevolentiam exhibere dignetur. Vir est, qui multis jam annis pro fide Catholica multum laboravit, & qui pro confirmatione electi Episcopi Bambergensis mittitur ad Sanctissimum, cui si Reverendissima, & Illustrissima D. V. me, oblata occasione commendaverit, faciet mihi rem longe gratissimam. Vale.

Wirceburgi 25. Februarii 1599.

EPI-

EPISTOLA LXXXIII.

CAESARI CARD. BARONIO
MATTHIAS MAICHOFER.

Erectum novissime Seminarium Suae protectioni commendat, petitque, ut huic annexae pensiones fideliter solvantur debitis temporibus.

QUamvis personae meae humilitas me retrahat a scribendi munere ad V. Illmam D., tamen officium grati animi contrarium exigit, ut gratias agam, & cum praesens non possum, ut id faciam absens per litteras: sollicitavimus enim nos, qui hic Dilingae ex Societate versamur, & Seminarii SSmi D. N. conservandi, promovendique aliquam curam sustinemus per D. Marcum Velserum amicissimum nostri Ordinis, notumque V. Rmae, & Illmae D., qui, ut ipse nobis testatus est, ad eamdem V. Illmam D. saepius de Seminarii dicti pensione promovenda una cum aliis egit, ac scripsit, & ut experimur non frustra. Nam etsi propter angustias rei nummariae, & graves Ecclesiae expensas non potuerit hucusque pensionis integer cursus impetrari, tamen agente V. Illma D. primi saltem semestris, & jam iterum trimestris pensionem a tempore, quo cursus interruptus est, accepimus. Et tantam sollicitudinem, tantumque gratificandi studium de cetero eadem V. Illma D. ostendit, ut non possimus non magnam spem concipere, Deo adjuvante, hoc Seminarium interposita gratia, & auctoritate V. Illmae D. brevi, si tempora ferent, suo pristino cursui restitutum iri. Dolendum enim esset plurimum, juventutem, quam collectam habemus & ab ingenio, & a morum integritate commendabilem (quam Deus pro sua misericordia regat, conservet, & incrementis virtutum adaugeat ad Ecclesiae suae perpetuum bonum) deseri debere, & tanquam immaturas fruges ex arboribus decerpi, & frangi. Hac de causa igitur ingratos nos fore credidimus, si benefactorem nostrum non agnosceremus, tantumque beneficium, ac benevolentiam silentio involueremus. Ac idcirco ad V. Illmam D. has rusticanas dare decrevi, ea spe ductus, Christianam illam humanitatem, ac mansuetudinem, qua V. Illma D. excellit, temeritati,

 si ali-

si aliqua est, facile veniam daturam. Itaque cum summa animi demissione V. Illmae D. pro hac singulari benevolentia, beneficoque animo agimus gratias maximas, & nostras, totiusque hujus Seminarii preces, quamvis exiguas pro eadem tanquam pro patrono, & fautore maximo nostro offerimus, Deum sedulo precati, ut pro bono Ecclesiae eandem V. Illmam D. ad annos plurimos conservet incolumem, & integris viribus pro gloria Dei contra haereticos & hujus, & futuri temporis insigniter laborantem. Non possum autem hic opportunitate hac scribendi mei postulati Episcopi, & Principis oblivisci. Forte inepte tamen facio, quod mihi tantum arrogo. Judicet id V. Illma Dominatio, & vero a longo tempore mihi, & nostris hominibus notissimus est, & in nostra disciplina, ac convictu hic Dilingae per 9. (ni fallor) integros annos vixit, ita ut omnibus carus esset, videor dignus venia, si illum commendem, qui ab illo sum commendandus. Praeclara dat initia, jam enim se ad Sacerdotium accingens, quod in Dominica proxima *Oculi* suscepturus est, meditationibus propriis sese colligit, & sacram synaxim cum peregrinatione praemisit, ut multa nos faciat ipsius perspecta virtus sperare, quam Dominum rogamus ad frugem debitam perducere.

Dilingae 8. Martii 1599.

EPISTOLA LXXXIV.

CAESARI CARD. BARONIO

CAROLVS EMANVEL DVX SABAVDIAE.

Ut P. Cherubino Capuccino Missionario faveat Romae, rogat ardenter pro haereticorum conversione, & incremento fidelium, suamque in eam singularem existimationem obtestatur.

IL Rev. P. Cherubino Capuccino ha predicato la parola di Dio nelli bagliaggi vicino a Geneva con molto zelo, e grandissimo frutto, poichè a milliaja d'Eretici si sono recatolizati, & tuttavia altri vengono alla ubidienza di Santa Chiesa. Egli se ne va costi per communicare a Sua Beatitudine, & a V. S. Illustrissima qualche disegno di quei convertiti col mezzo del quale sperano di far gran frutto per la conversione delli altri heretici,

tici, & per quanto sono avvisato, è cosa riuscibile massime, se verrà ajutata da Sua Beatitudine, & favorita da V. S. Illustrissima, alla quale perciò ho voluto raccomandar questo Padre, & la negoziazione sua, sicuro che volentieri ajutarà questa opera santa, & pia, come ne la prego: assicurandola, che non mancarò ancor io per quanto potrò ajutarneli, & rimettendomi al detto P. Cherubino non dirò a V. S. Illustrissima altro, salvo che gli restarò con infinito obligo d'ogni favore, che li darà per Amor mio. Et li bascio le mani, & prego da Dio Nostro Signore ogni contento.

Da Turino li 16. Aprile 1599.

EPISTOLA LXXXV.

CAESARI CARD. BARONIO

BONAVENTURA HAN.

Narrat Pauli Alberti Scholastici ad episcopatum VVratislaviensem electionem, dolens maxime, quod manifesta injuria ab eadem Sede, jam electus, expulsus fuerit. Ut suus salvetur honor & decus, postulat, petitque pecuniariam compensationem, & aliquod a SS. Pontifice beneficium.

JAM tandem Paulus Albertus Scholasticus, ita volentibus, & urgentibus Sac. Caes. Majestatis Dñi mei clementissimi commissariis, quinta Maii Episcopus declaratus est, & praemium ambitus sui accepit. Ita eo res perducta est, ut Paulus suis artibus, & incusso omnibus metu, qui illi adversarentur, ovile occuparit. Quid faciam miser non video. Quia Suae Sanctitati visum fuit, canonicam meam electionem cassare, ut obtemperem, necesse est. Rogavi autem Suam Sanctitatem, ut si confirmandum ducat Scholasticum, ejus confirmationem tamdiu differat, donec sumptus a me post electionem facti integre persolvantur, honesta aliqua Praelatura intercessione Suae Sanctitatis a Sacratissimo Caesare conferatur, ne VVratislaviae residere cogar, ubi locus memoriam dejectionis meae ab Episcopatu mihi maximo cum dolore refricaret: tum ut ex Episcopatu aliquot Coronatorum millium pro dejectionis consolatione singulis annis ad tempora vitae meae persolvantur, & securitati, & honori meo, meorum-

rumque, & a Sanctissimo D. N., & Caes. Majestate caveatur; idque eo magis, ut calumniandi, & obloquutionum praecidatur materia, neque suspicio sit, me ob grave aliquod scelus, aut crimen ab electionis meae jure per Breve Apostolicum a Sanctissimo D. N. deturbatum esse. Unica etiam admonitio Illustrissimae D. V. proderit mihi, si praesertim suam eo inclinare sententiam agnoverit Pontifex M., Illmam D. V. ejusmodi conditiones non indignas judicare. Pluribus molestus esse nolo, unicum peto, ut hujus negotii mei apud S. D. N., & alios S. R. E. Cardinales patrocinium suscipere, & omni solatio destitutum hac humanitate erigere, & sustentare, utque benignum afferat auxilium Sua Sanctitas, efficere non dedignetur. Omnem vicissim humiliter dabo operam, ut intelligat Illustrissima D.V., me toto vitae meae tempore & memorem hujus fore, & D. Deum exoraturum, ut incolumem valetudinem omni rerum prosperitate sentiat, & experiatur Illustrissima D. V., cui mea servitia etiam semper in promptu erunt.

Pragae 7. Maii 1599.

EPISTOLA LXXXVI.

CAESARI CARD. BARONIO
FRONTO DUCAEUS.

Quod ab urgentibus negotiis impeditus Gregorii Turonensis epistolas mittere huc usque non licuerit, veniam petit, brevique absolutas promittit.

CUM ex litteris amicorum nostrorum, qui istic sunt cognovissem, Illustrissime Cardinalis, duplici me ab amplitudine tua beneficio affectum, tum hac de caussa paucis interpellandum te censui, ut gratias agerem, tum ut caussas dilationis promissae Gregorii epistolae secundae rursus exponerem. Nam & cum honorifice admodum, ac benevole consobrinum illum meum exceptum a te accepissem, & honestissimo civi nostro D. Mussico traditum octavum Annalium tomum ad me mittendum, his me quasi stimulis meritorum pungi sensi, ac reposci promissa, quae non dum apparent. Sed cum me duplici quotidianarum lectionum onere, ac revincendi Calviniani cujusdam Scriptoris novi provincia pressum viderem, neque dum alterius praeceden-

cedentis tomi editionem absolutam, non existimavi tanta in dimicatione caussam Ecclesiae deserendam. Collegit ille quam plurima Patrum Graecorum, & Latinorum loca, suisque interpretationibus per summum scelus corrupit, quae nonnisi ab illis, qui linguas calleant facile possint restitui, vel exponi; sed cum hac occasione controversiam de Imaginibus tractari oportuisset, & factum est, ut dum excutio manuscripta mea veterum fragmenta, nova quaedam repererim, quae exacto hoc mense, absolutaque secundi libri nostri pro Catholica religione editione tanquam auctarium ultra sortem, & pretium morae promissae nos epistolae subjuncturos confidimus. Deus O. M. Illustrissimam Amplitudinem tuam nostri amantem, & in tuis sanctissimis precibus memorem salvam, incolumemque conservet.

Burdigalae prid. Id. Majas 1599.

EPISTOLA LXXXVII.

CAESARI CARD. BARONIO.

HENRICVS AVGVSTANVS EPISC.

Luculentas non minus, quam sinceras persolvit gratias, quod suo fultus auxilio Augustanam adeptus sit Ecclesiam; seque sibi totum devovet, & consecrat.

INtellexi ex Illmi, & Rmi D. Card. Paravicini litteris S.D.N. postulationem ad Ecclesiam Augustanam de me factam 19. die mensis Aprilis nuper elapsi, Sacro approbante Cardinalium Collegio ratam, & firmam declarasse: in eoque Illustrissimae, & Reverendissimae D. V. prudentiam, auctoritatem, & benevolentiam enituisse vel maxime. Quae sane res, quam mihi grata, quamque jucunda acciderit, dicere nequeo. Quamvis enim beneficium, si opus habeas, a quovis accipere gratum sit, tamen iis probari, ab iisque juvari, quorum potissimum pietas, prudentia, ceterarumque ornamenta virtutum splendent in Ecclesia Dei, ea demum jucunditas est, omnium exuperans odorum suavitatem. Itaque cum primis mihi quidem in id incumbendum intelligo, ne a Domino suprema die, quasi Servus nequam talento ab eo tradito male usus fuisse deprehendar. Deinde vero, quantum Illustrissimae, & Reverendissimae D. V:, cui hanc, tam luculentam dignitatis meae accessionem magna ex parte acceptam

ceptam

ceptam fero, pro tot, tantisque in me collatis beneficiis debeam, & verbis, quoad vixero, apud omnes profitebor, & reipsa, quantum vires, facultatesque permiserint meae, lubens ostendam. Illustrissimam, & Reverendissimam sane D. V., si me gratum, si beneficiorum esse memorem existimat, quam semel curam tuendi mei amplexa est, eam uti ne remittat pro mea in te observantia, & cultu etiam, atque etiam peto. Valeat Illmi & Reverendissima D. V. ad Ecclesiae, & Reipub. salutem multos annos sospes, & incolumis.

Dilingae 18. Maii 1599.

EPISTOLA LXXXVIII.

CAESARI CARD. BARONIO

HENRICVS IV. REX GALLIARVM.

Primogeniti Ecclesiae filii, Regisque Christianissimi nomen sibi a majoribus relictum, vindicare & conservare sibi esse in animo protestatur, omniaque facere paratum, ut tali dignus titulo censeatur.

MON Cousin. Vous avez monstré, comme vous faictes encores en toutes occasions, tant de bonne volonté & d'inclination au bien de mes affaires, ainsy que me mande le Sig. de Sillery mon Ambassadeur à Rome, que je n'ay pas voulu tarder d'avantage à vous en remercier par cette lettre, & vous asseurer, que j'ay plaisir d'estre aymé, & estime d'un personage de tel mérite, que vous, & que j'ay entendu bien volontiers, que par la soigneuse recherche, que vous faictes de l'antiquité, vous ayez veu par les anciennes histoires, que le nom de Très-Chrestien, & de premier fils de l'eglise, a été acquis par mes prédécesseurs Roys de France, pour avoir toujours servy à la liberté & dignité de l'Eglise, & du Saint Siége, & de tous le Saints Peres, qui les en ont requis; vous priant croire, que je suis héritier de cette dévotion, ainsy que j'espere faire paroistre en toutes occasions, qui se pourront présenter. Car ayant reçeu tant de graces de la miséricorde de Dieu, comme j'ay faict, je sçais que j'en doits plus de recognoissance à sa bonté, pour luyen donner la gloire, en m'employant pour son honneur, & service. Et quant à vous, soyez asseuré, que je vis avec beaucoup de désir

fir de vous tesmoigner par effects la bonne volonté, que je vous porte, ainsi que le D. Signeur de Sillery vous dira plus amplement de ma part: priant dieu, mon cousin, qu'il vous ayt en sa très saincte, & digne garde.

Escrit an Boismales-herbes ce settieme jour de Juin 1599.

EPISTOLA LXXXIX.

CAESARI CARD. BARONIO
MARIA AB AVSTRIA.

Quod sacram Lauretanam domum, peregrinationis causa, visura venerit, certum facit, rogatque, ut suae ad Deum preces redeuntem concomitentur.

INgenti sane perfusus est animus noster voluptate, ut Lauretum attigimus; sed vix explicare possumus, quanta exultaverimus laetitia, ut sanctam illam ingressae sumus Domum, in qua Dei filius humanam induit naturam; & Dei Matrem ibi allocutae sumus ea, quae animus nequaquam fictus dictavit; qua quidem in re aperte perspeximus, quanto Nobis usui D. V. apud Deum fuerint preces, quae in reliquo itinere nobis ne desint, rogatam velimus. Ex nobili viro, quem Romam ad Summum Pontificem dimittimus, *Sassatello*, totam itineris nostri rationem intelliget. Reliquum est, ut pergat quod cepit opus, & in via ad Caelestem Patriam nobis currentibus, suarum etiam precum stimulos addat. D.V. Deus incolumem servet felicissime.

Dat. Bononiae 16. die Julii anno 1599.

EPISTOLA XC.

CAESARI CARD. BARONIO
HENRICVS IV. GALLIARVM REX.

Quod ei magis ac magis faveat, se conscium esse non negat, & pro hocce beneficio denuo gratias agit de eo sese vindicare velle ubicumque aderit occasio, protestatur.

MON cousin. Vostre inclination au bien de cest estat tesmoignée par vos lettres du 27. juin, & cinquieme du passé, m'a été très agréable. Mais j'en avois été auparavant in-

formé par le Sr. de Sillery mon ambaſſadeur par-delà, qui m'a repréſenté combien vous embraſſez volontiers ce qui regarde le bien, & advancement de mes affaires: De quoy je vous ay bien voulu faire ſcaivor, que j'ay reçû tout contentement, vous priant continuer en ceſte bonne affection vers ceſte Couronne, avec aſſeurance, que j'auray plaiſir de m'en revancher en voſtre endroict, & de tous ceulx, qui me viendront recommandez de voſtre part, ainſy que j'ay commandé au d. Sieur de Sillery vous faire plus amplement entendre: priant Dieu, mon couſin, qu'il vous ayt en ſa très ſaincte, & digne garde.

Eſcrit à Bloys le troiſieme jour d'Aouſt. 1599.

EPISTOLA XCI.

CAESARI CARD. BARONIO

DE VIC PRAESIDENS PARMAMENTI TOLOSANI.

De ejus pro Eccleſia Dei laboribus laudes canit, & ut errantem in ovile patris familias reducere dignetur, ſupplicat.

VOS grands labeurs pour la Religion Catholique, Apoſtolique, & Romaine, & les autres honorables qualités deſqu'elles Dieu vous a doué, vous ont fait cognoître, & honorer par toute l'Europe. Oultre cette réputation générale, ce que Monſieur d'Evreux m'en diſcourut à ſon retour de Rome, m'obligea d'avantage à vous chérir, & rechercher tous moyens d'avoir quelque part en vos bonnes graces, & vous rendre des preuves de mon ſervice très humble.

J'eſtime, que Monſieur de Luxembourg, au quel avant que partir de France, je declaray mon inclination en voſtre endroict, vous en aura rendue quelque teſmoignage, meſmes lors qu'il vous pria de lui permettre de faire tirer voſtre viſage au naturel prour nous l'envoyer pardeça, ce que vous, Monſiegneur, lui accordaſtes, & dont je vous ſupplie très humblement, affin qu'avec voz doctes & penibles eſcrits que nous avons retirés, nous ayons auſſi le portraict d'un tel autheur.

Le Sieur Poictevin, qui eſtoit près du dict Sieur de Luxembourg, vous fit ſupplier étant à Ferrare de meſtre de voſtre main deux ou trois paroles au premier Tome de voz oeuvres, que je faiſois

ſois porter de Rome, ce qu'il vous pleuſt auſſi lui accorder, & m'oblige de chérir, & garder plus ſougneuſement ce grand ouvrage, & vous en faire un très humble remerciement, quoique vous, Monſeigneur, n'ayés ſçeu que ces pourſuites & requeſtes ſe faiſoient à ma priere.

Se me ſuis contenté de ces houneſtes preuves de mon très humble ſerviſſe, que j'ai rendues ſoubs main juſques à ceſte heure, qu'ajant retiré prés de moy le Sieur Caſaubon, *(a)* perſonage de grande, & rare doctrine, de très bonnes moeurs, & converſation très agréable, en eſpérance de le rameiner avec l'aide de Dieu au giron de l'eglise Catholique, Apoſtolique, & Romaine, je l'ai diſpoſé à vous eſcrire, l'ajant veu priſer comme il devoit vos oeuvres, affin qu'il vous plaiſe, Monſeigneur, ſoubs le prétexte des bonnes lettres, pour les qu'elles au jugement des plus ſcavants, que nous ajons deça, il peult beaucoup, lui perſuader la cognoiſſance de la vérité, & haſter les bons effects deſquels je recognois desja de grands commencements. Je ſcay combien voſtre perſuaſion y pourra; c'eſt-pourquoi je vous ſupplie très-humblement, Monſeigneur, ne la poinct dénier, & croire que ce ne ſera pas une petite conqueſte. J'y contribueray ce qui ſera néceſſaire pour la commodité, & entretenement du corps: mais tout l'honneur vous demeurera d'avoir acquis, & rameiné au devoir ce bel eſprit. En quoy je me ſentiray particulierement obligé pour le bien public, & obligé encores de ſupplier le créateur qu'il vous donne, Monſegneur, autant de ſanté, de bonheur, & de contentement, que vous en déſire celuy qui ſera à jamais,

Voſtre très humble
& très affectionné Serviteur.

De Lyon ce 3. Septembre 1599.

P. S. Javois cy-devant eſcrit une ſemblable lettre, qu'on m'a mandé ne s'eſtre trouvée; dont je ſuis très marry, car elle accompagnoit celle du dict Sieur Caſaubon.

(a) Conſule, quae de Iſaaco Caſaubono dicta ſunt in notis ad ejus epiſtolam CLXV. tom. 2. pag. 143.

EPISTOLA XCII.

CAESARI CARD. BARONIO.

FR. ANTONIVS PRAEMISTIEV PROVINCIAE RVSSIAE S. HYACINTHI PROVINCIALIS ORD. PRAEDIC.

Rogat, ut ad Russianae Provinciae infelicem conditionem sublevandam a S. Pontifice mittatur Nuntius Apostolicus. De B. Hyacinti historia, & quibusdam visionibus mentionem facit.

Brevis esse volo, longo quidem in dolore apud sanctos occupatus. Tardius, quam voluissem, promissum impleo; ac mitto veriorem gestorum B. Hyacinthi historiam; praemisso nusquam auditi de Boristhene miraculi examine, id quod judicio Illmae Cels. V. submitto. Quandoquidem, & quid Russia olim fuerit, melius Romae, quam apud nos discimus. Adjunxi historiam ejusdem auctoris de miraculo fixi in curru vitalis ligni S. Crucis Lublini in conventu nostro, ubi ad nostras antiquas injurias a Polonis Fratribus illatas excurri. At nunc quid adhuc tentent, luctum gaudio nostro, quod ex patrocinio Illustrissima Cels. V. pro afflicta Russia suscepto assecuti eramus, submittentes describere non sufficio: Sed stupeo non tam malitiam rebellium, (quos non pudet pro generali, sit venia dicto, urinalem appellare) quam Sathanae furorem. Testis est mihi Deus, cui servire vellem in pura coscientia, nec ad gloriam meae parvitatis, & sordidissimae coram oculis Dei creaturae id refero, quod cum propius ad fines Moldaviae in Podolia Russiae triennio pro expurganda haeresi, cum felici per Dei gratiam successu laborarem; atque quodam tempore post festum Paschae in anno Domini 1584. post meridiem deambulans,& pia quaedam meditans pro illa regione, oculos ad Orientem direxissem, serenus autem dies extitit, vidi Sathanae, ut solet pingi, formam, forte triginta, aut quinquaginta cubitis a terra sublatum, seque varie tanquam in lucta jactantem, & cum clamarem stupens, sociosque in floribus legendis occupatos ad hoc spectrum videndum vocassem, mox disparuit. Unde me magnus terror, ac moeror invase-

vaſerat ſuſpiria repetentem. Oculine mei decepti fuerant, an vere quippiam apparuerit, neſcio: Sed tamen ego cum Sathana pro Ruſſia luctor; illiuſque furorem agnoſco in fratribus contumacibus. Ipſi Praeſules, qui cum ſchiſmate Ruthenico pugnare debuerant contra nos bella inſtituentes, non puro animo rem Chriſti gerunt, Archiepiſcopum virum zelatorem contemnentes, ſcandala nullo fine terminantes, Nuntium Apoſtolicum, neſcio quaenam mandata, ut ait, Apoſtolica, habentem (vereor, ne quid ſurreptitium ſit) contra nos commoventes. Videat Dominus, & judicet. Gravius enim a Ruthenis Schiſmaticis maxime in Volinia erratur, quam olim. Tot fides, quot capita: Et Hebraiſmum amplectuntur. Siquidem Hebraei bona nobilium locatione gubernant; & iſta Hebraeorum felicitas, ac imperium, fidem illorum ſimplicibus ac jejunis animis commendat. Dicerem, ſcriberem, ſed non audeo. Si virum pium, non Curialem Pontifex in Ruſſiam deſtinaret, ita eſſe probaret. Metuo, ne Regno iſti malum aliquod paratum ſit a Deo. Sed legit Illuſtriſſima Celſ. V., quae ad hiſtoriam S. Crucis attexui dolens: cetera enim pericula noſtra impendentia ex litteris ad P. Generalem miſſis, aſſequetur. Noctes ſingulas verſo nunc tertium tomum Annalium, ac me reparo cadentem in tribulatione ex Athanaſio. Quid non ſimile? Fateor, niſi me a garrula nimium philoſophia, & diſputationibus ſuperfluis Annales tui, o divine Baroni, in diſciplinam excepiſſent, immo cepiſſent; & majeſtatem, agonem, moreſque Eccleſiae (ita ut a te ad vivum repreſentantur) non didiciſſem, perinde etiam in tribulationibus meis non ſubſtitiſſem. Doleo, quod frequentius legere illos Sathan impediat: omni die, omni hora ad pugnam me provocans. Adjuva pugnantem; & tuae Ruſſiae, quam illuſtraſti in adjuncto Annalium tuorum, proſpice. Dicat Pontifex: Fiat, & fiet. Mittat auctoritate ſua virum bonum Italum, qui onus meum in ſe transferat, & cum poteſtate ſeria, bene munitus, monaſteria Ruſſiae ex decreto Capituli deſignata recipiat; noſque reformare pergat. Coepimus, & laetamur in pulchris initiis. Vani ſunt terrores, mox tranſituri, ſi Pontifex ſerio mandaverit. Vere, niſi Commiſſarius tam timidus fuiſſet; jam res perfecta fuiſſet: & Poloniae Procincia Italo Patre Rectore opus habet: corrupti ſunt enim; & ad ſaeculum effuſi. Gens vana ſumus, & lubrica, graviorum gubernatione continenda. Illuſtriſſimus noſter Archiepiſcopus quid ſentiat de proteſtatione re-

bel-

bellium, meditationes suas ad me ex Livonia misit. Exhibebit illas D. Hieronymus Hene. Osculor tandem beatas manus Illustrissimae Cels. Vestrae.

Leopoli Russiae Metropoli 5. Octob. 1599.

Si nos D. Nuntius Apostolicus Praesulum voluntatem ex Cracovitis spirantium secutus decreto suo gravaverit; non nisi appellatione utemur. Non potentes, sed oppressos Sedes Apostolica tuetur.

EPISTOLA XCIII.

CAESARI CARD. BARONIO

IACOBVS DE MARQVAIS.

Ut Iprensi Episcopo apud S. Pontificem faveat, rogat, huic caussae annexam Dei gloriam & Ecclesiae utilitatem affirmans. summopere laudat jam editos Annalium Tomos, & ut eam perficere valeat operam, indesinenter ad Deum fundit preces.

PEtiit a me Reverendissimus Iprensis, ut suas cum quodam scripto (quod ad judicium Sedis Apost. referre optat) tibi dirigerem. Cujus piis conatibus deesse non potui, propter antiquam necessitudinem in collegio Theologorum Lovanii contractam; tum maxime quod scirem, quanto zelo ejusmodi negotia communis pietatis amplectereris, quod se experium testatur cum summa nominis tui gloria Reverendissimus Ruremundensis ad suos reversus sanus, & incolumis. Experiatur etiam, quaeso dictus Reverendissimus tuam dictum negotium Suae Sanctitati referendo sedulitatem, ut suum judicium, ac censuram ad Dei gloriam, & bonum totius Ecclesiae proferat, ut auctoritas Concilii Tridentini certa, & intacta remaneat, & ut negotium reformationis non enervetur, ac sic pia Praelatorum vigilantia negligatur. Spero pro tua pietate, quam primum dictum Reverendissimum intellecturum rem hanc tibi cordi fuisse. Quod, ut facere digneris, quam possum humillime deprecor. Si quid boni hinc, & utilitatis consequetur, amplissima mercede a Deo donaberis, & extiteris causa multorum bonorum, quae hac ratione Ecclesiae Dei fient. Gaudebo per tuum Amanuensem rescire ad tuas manus has pervenisse. Jam saepius postremis meis litte-

litteris gratias egi, ut par erat, pro indulgentia mihi a Sua San. ctitate concessa, pro qua litterae tuae mihi sufficiunt, ut non sit opus aliis expeditionibus. Moretus sperat, se ante Pascha tuum postremum Tomum Annalium absoluturum. Probatur ab omnibus piis tua diligentia, & sedulitas, & unice Deum orant, sicut & ego; ut Divina bonitas te tamdiu incolumem servet, donec tantum opus ad finem perduxeris, ad Dei gloriam, S. Matris Ecclesiae tutelam, & cumulum meritorum tuorum, quod spero futurum, & in eum finem te jugiter in orationibus meis commendatum habeo. Precor Christum Dominum, & Redemptorem nostrum, ut Illustrissimam D. V., tam utilem Ecclesiae suae navantem operam diu incolumem servare dignetur.

Vale ex Domo Martiniana 15. Cal. Januarii 1600.

EPISTOLA XCIV.

CAESARI CARD. BARONIO.

CORNELIUS SCHULTINGE STEINVVYCH.

Petit, ut S. Pontifex unionem numquam sit permissurus Collegialis Ecclesiae S. Georgii cum Coloniensi Metropoli, ne tali suppressione, studia pro utilitate Ecclesiae incoepta, intermittere cogatur. De quibusdam operibus a se quam primum edendis, disserit & consulit.

Reverendissimus D. Constantinus Luckirchen quondam Praepositus S. Georgii Coloniae 20. Martii die vitam cum morte commutavit. Firmiter confido, quod V. Celsitudo memor protectionis meae, tam Dominicae Quinquagesimae, quam Quadragesimae litteris repetitis factae, & promissionis Suae Sanctitatis indultum pro me impetrarit, istamque dignitatem mihi pro variis laboribus, & libris ad utilitatem Ecclesiae, & honorem Summorum Pontificum scriptis, & editis praeservavit, & reservavit, & extinctionem, seu incorporationem Canonicorum S. Georgii impedierit, cum ea non sit futura ex honore, & dignitate Sedis Apostolicae, ut praesens Nuncius ad Cardinalem S. Georgii bis scripsit. Nullis calumniis me inaudito credat Sua Sanctitas, non tam mihi, quam Ecclesiasticis Principibus Patronis meis tribus Electoribus Archiepiscopis, Coloniensi, Moguntino,

tino, & Trevirensi, similiter Illustrissimo Carolo Cardinali à Lotharingia, ac Reverendissimis Julio Herbipolensi Episcopo, & Orientalis Franciae Duci, & Theodoro a Furstenbergh gratificabitur, quorum omnium commendatitias, si non mihi unus Illustrissimus Caesar Baronius omnium instar esset, mittere possem. Incorporatio res pessimi exempli est in praejudicium omnium bene de Ecclesia mereri studentium, & me tuendum, ne alia Collegia passim id sequi desiderent, non parvo scandalo. Nullus ad S. Georgium fere Canonicus est, qui non habeat aliquid ad praebendam annexi, ut de incompetentia sic conqueri non possint. Accedit etiam huc, quod defunctus Decanus Ort longe ditissimus illam Ecclesiam magnis redditibus locupletarit, & auxerit, sic ut incorporatio ex falsis narratis impetrata, juste revocari posset. Metropolitanae Ecclesiae Coloniensis illustres personae plurimas preclaras, & lautas habent dignitates in sua propria Ecclesia, quarum sunt ipsi Collatores, & Domini, ut non necesse habeant alias Ecclesias appetere, & Suae Sanctitati in reservatis manum claudere, cum innumera in Archivis omnium inferiorum Collegiorum extent exempla, quod ab immemorabili tempore jure Capitulationis, quod allegant, non fuerint usi, sicuti Sua Sanctitas ex Nuntio Coriolano percipere poterit. Thesaurum Antiquitatum Ecclesiasticarum ex vestris Annalibus decerptum cum scholiis, & additionibus contra haereticos jam absolutum transmisi Moguntiam ad Typographum Balthasarem Lippium. Confutationes totius sectae Calvinianae, tam doctrinae, quam politiae, tam Institutionum Joannis Calvini, quam Synodorum, Belgicarum, & Gallicarum, & librorum Calvinisticorum de politia post Hieronymianam Confessionem, libros de disciplina Ecclesiastica restituenda, & Bibliothecam Ecclesiasticam brevi quoque in lucem prodibunt. Nuntius Apostolicus Coriolanus pernovit, & vidit. Quod si aegre viderit incorporationem posse revocari, saltem impetret, ut suspendatur ea ad finem vitae meae. Quod si nec hoc impetrari possit, saltem inveniatur ratio, ut de honesta annua pensione mihi provideatur ad alendos amanuenses, sicuti S. Sanctitas hanc gratiam D. Vossio modo Praeposito Tongrensi, qui opera Ephrem edidit, fecit. Verum cum talis extinctio, sive incorporatio cum scandalo Ecclesiae conjuncta sit, & subreptitie, ac obreptitie per male narrata impetrata, merito si facta revocanda, praesertim ex hoc fundamento, quod non deceat nos Catholicos vicinos Bel-

gas

gas haereticos imitari, qui ubique quantum in se est, omnia & majora, & minora beneficia extinguere moliuntur. Deus O.M. Reverendissimam V.Celsitudinem ad Dei honorem,& Ecclesiae utilitatem, & bonorum promotionem diu conservet incolumem.

Coloniae ipso die Annuntiationis Mariae Virginis 1600.

EPISTOLA XCV.

CAESARI CARD. BARONIO

DANIEL RAYMVNDI.

Certiorem eum facit, concives suos Romae degentes litem promoturos super Praebenda sibi a Leodiensi Capitulo collata, rogatque illam impedire. Innuit propria merita, & Indultum Apostolicum de sui Capituli jure hoc beneficium conferendi.

ETsi merito verear, ne postremis meis ad Illustrissimam D. V. directis me importunum nimis ipsi exhibuerim, attamen arbitratus caritati suae non injucundum fore, si me (quamvis nihil tale de se promeritum) tua protectione a litis perturbationibus, quas fortasse quispiam ex nostratibus in Urbe, per temerariam impetrationem praebendae S. Materni apud Ecclesiam nostram, hebdomada elapsa mihi (prout fuit per ante memoratas meas expressum) collatae, intentare posset, iterum ad Illustrissimae V. D. asylum recurrere non erubesco. Nam cum certissime, ac nominatim mihi constet, plures ex Civitate nostra Leodiensi ad Urbem, etiam dudum, & quidem nonnullos septimanis duabus, alios una, ante defuncti praedecessoris mei obitum (qui demum fuit 25 Martii) hunc ad effectum se ripsisse; adeo ut vel hinc merito litem metuere debeam, Illustrissimae D.V. humiliter & hac vice supplicandum duxi, quatenus, si quis fortasse sic, vel alias mihi gratiam praeripere tentaverit, vel aliquam obtinuerit, eadem, tanquam surreptitia (si fieri potest) revocetur; vel saltem, ne Breve Apostolicum adversario, ad evacuandam legitimam possessionem jure meo optimo necdum audito, concedatur; Illustrissima D. S. pro me clientulo tuo, licet indigno, apud S. D. N. exorare dignetur. Quod si fortisan mihi ad id testimonialibus opus sit, probabo indubitanter me per Dei misericordiam ab anno aetatis meae nono usque ad qua-

dragesimum quintum, quem nunc ago, dempto tantum quinquennio paulo plus (quo adolescentiam meam partim in Universitate Lovaniensi, partim Romae apud Illustrissimum quondam D. Cardinalem Moronum, in servitio ac sub disciplina Adm. Illustris., ac Reverendissimi Domini Horatii Moroni Episcopi etiam nunc Sutren., & Nepesin illius nepotis, qui utinam Romae ageret, transegi) jugem in Ecclesiae nostrae Leodiensis servitiis pro virili navasse operam; ac semper de numero Cantorum, atque a viginti jam annis Sacerdotem (licet indignum) insuper, & per duodeviginti annos custodem horarum; per quindecim summi Altaris nostri ministrum primo Subdiaconum, deinde usque nunc Diaconum Ordinarium extitisse. Quae si mihi in Urbe prodesse possint, horum omnium testes oculati esse poterunt Reverendus, ac Generosus D. Wynardus a Wyngaerdf Ecclesiae nostrae Canonicus, ejusque Sacellanus, D. Petrus a Quercu, Reverendus etiam, ac Generosus Dominus Ludovicus Quarre Archidiaconus, aliique ex eisdem Ecclesia, ac Civitate Leodiensi, nunc adhuc Romae agentes.

Ignoscat, quaeso, Illustrissima D. V. insipientiae meae: justus comminatae mihi litis metus me ipsum commendare coegit.

Si forte Illustrissimae V. D. placuerit copiam Indulti Apostolici, cujus vigore inconcusse usque in praesentiarum praefatum Leodiense Capitulum hujusmodi praebendas, dum eas in mensibus Apostolicis vacare contingit, Ecclesiae suae Cantoribus, & servitoribus usu Sacrarum ejusdem Caeremoniarum imbutis, conferre solet: exhibebit illam praesentium lator Reverendus D. Lambertus a Curia, Collegiatae S. Pauli apud nos Canonicus, Dominus, & amicus meus optimus.

Non desinam interea, Deo gratiam concedente, meum de S Lamberto Patrono nostro opusculum maturare: licet vel invitus paululum adhuc id ipsum ob turbationes has protrahere debuerim.

Confido autem in Domino, qui & Illustrissimae V. D. omnem ex alto felicitatem semper impertiri dignetur.

Leodio ex Claustrali loco Principis Apost. VIII. Idus Aprilis 1600. Ignoscat ex hac vice Illustrissima V. D. prolixitati meae propter Dominum.

EPI.

EPISTOLA XCVI.

CAESARI CARD. BARONIO
ARNOLDVS A WACHTENDONCK.

Quae de Sanctis Ecclesiae Leodiensis Patronis fragmenta mittit, suae perspicacitati, suoque judicio submittit, utque de ejus praevalere servitio non dedignetur, petit, & supplicat.

DIu est, quod ad Illustrissimam, & Reverendissimam D. V. scribere desideravi, sed Illustrissimae D. V. Amplitudo, meaque infirmitas deterruerunt, interim factum, ut quo magis fugerem, eo Reverendissima, & Illustrissima D. V. magis me premeret, Patronorum nostrorum Sanctissimorum gesta tractare. Quia autem reperio Illustrissimae D. V. gratam fuisse multorum operam in cooperando laboribus Illustrissimae D. S., quo & aliarum Ecclesiarum memoriae consuleretur, ausus fui, & ego spicas pauculas antiquitatum nostrarum, dum manipulis integris destituor, in amplissimum Illustrissimae D. S. horreum inferre, quas, ut & aliorum, grato animo accipere dignetur. Etsi nihil in illis Illustrissima D. V. inveniat operaepretii, affectum, & bonam voluntatem acceptet, nihil Illustrissimae V. D. peribit, quam unius horulae tempus, quo ista inspiciat. Si aliqua sint ex rebus nostratibus, de quibus Illustrissima V. D. informari cupiat, dignetur mihi, qualia illa sint significare; faciam quod in me erit. Omnium quae ad Illustrissimam D. V. mitto copiam penes me servo, quare non est opus, ut Illustrissima D. V. aliquid ex eis remittat, rogans ut omnium interpretationem mihi summatim Illustrissima D. V. largiri non gravetur. Valeat Illustrissima, & Reverendissima D. V. feliciter, ac mihi meam audaciam condonare dignetur.

Leodio 27. Aprilis 1600.

EPISTOLA XCVII.

CAESARI CARD. BARONIO

IVSTVS BARONIVS VETERA CASTRENSIS. (a)

Causam Romani itineris a se suscepti, cur retardaverit, aperit; eumque rogat, ut se patrocinio suo apud S. Pontificem adjuvet pro obtinendis nonnullis gratiis, eidem Pontifici per epistolam petitis.

Quandoquidem nihil tam viri boni, & Catholici est, Cardinalis Illustrissime, quam dictorum, factorumque constantia. Ego vero meam de adeunda Roma, visitandique SS. Apostolorum liminibus praestare fidem non possum: aut idonea mihi excusatione culpa diluenda est, aut grave crimen sustinendum. Atque excusatio quidem, proh dolor! justa, & necessaria nimis hic promptae se offert. Viam enim jam quidem ingressus eram. Sed quemamodum natura debiliori valetudine sum: ita accedente itinerum commotione, & graviter concusso corpore, humores in febrim ebullierunt: quae mihi ita constringit, atque omnibus viribus exuit, ut neque progredi ulterius, neque regredi sine praesenti discrimine possim. Quoniam igitur hac aestate videndi Romam spes nulla est, ac necessario tamen mihi, & familiae, quam nesciam omnium consiliorum meorum Heidelbergae in fornace reliqui, de aliquo diverticulo prospiciendum, litterarum ministerio usus S.D.N. necessitatem meam breviter, quantum aegro animo licuit, per amanuensem significavi: nominatimque duo petii: tum ut studia facultatis novae, quae sero demum cum Catholica fide ingressus sum, annuo beneficio alere, & ad maturitatem justam perducere: tum ut odiosum nomen meum, a quo omnes pii merito abhorrent, auspicatiori aliquo commutare, suaque longe maxima auctoritate invidiam ejus apud calumniatores tollere velit. Quibus & illud adjeci, ut Moguntino Episcopo, cujus Dioecesis terris nostris vicinior est, Sua Santitas, qua apud omnes Christifideles pollet auctoritate ad honestam me promotionem commendare, adeoque paterna fide filium ex olea-

(a) Consule quae diximus de Justo Baronio tom. 2. in notis ad Epist. CXXXII. p. 54.

leastro excisum, plene in olivam inserere non dedignetur. Quae omnia, ut Illustrissima Celsitudo V. rata quoque habeat, & gravissimo vocis suae suffragio firmiora efficiat, adeoque propter Christum nudum nunc vestiat, esurientem pascat, aegrotum visitet, & consoletur, ex animi vehementia obsecro, qua quotidie Deo caeli dicere solemus: *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie*. Nec dubia vestra erit in caelis retributio. Nostra, quae potest esse humilis, & seria mentis gratitudo, tam certa, fidaque erit, quam integra, & sincera mentis nostrae in Catholica fide profitenda constantia, quem Spirae sacramento confirmavimus. Plura infirmitas non sinit. Illustrissima Celsitudo V. quam longissime, ac felicissime in Christo valeat, meque humilem clientulum suum fraterno amore complecti, ac porro ut coepit fovere non cesset.

Augustae Vindelicorum 22. Maii 1600.

EPISTOLA XCVIII.

CAESARI CARD. BARONIO

IOHANNES COMES, ET DOMINVS FRISIAE ORIENTALIS.

Quod sponte, & lubenter a S. Pontifice petitam obtinuerit dispensationem, grates agit quam plurimas, retardatumque ad limina Apostolorum iter valetudinis causa, commodiori tempore perfecturum promittit; rogatque ut eum in clientum albo admittere non dedignetur.

QUam alacri vultu Illustrissima, & Reverendissima V. D. Serenissimi Poloniae, & Sveciae Regis Domini mei Clementissimi pro me scriptas commendatitias litteras aspexerit, quam etiam singulari gratia, & humanitate nobilem, & strenuum dilectum meum fidelem ad Sedem Apostolicam a me missum Theodorum ab Herenia exceperit, quanto denique favore, & studio eundem ad obtinendam petitam dispensationem adjuverit, non sine magna animi voluptate ex relatu ipsius intellexi. Quod beneficium eo est insignius, & mihi gratius, quia nullo meo officio Illustrissimam, & Reverendissimam D. V. ad id provocavi. Ac licet ingenue profitear mearum virium non esse,

esse, ut illud demereri queam; immortales tamen Illustrissimae, & Reverendissimae V. D., qua possum submissa animi contentione ago gratias. Et sicuti agnosco, atque fateor me hoc nomine Illustrissimae, ac Reverendissimae V. D. plurimum obligatum esse, ac debere, ejusque tam insignis in me immerito collati beneficii memoriam grato semper animo, quoad vivam retinebo; ita summis viribus annitar, ut quacumque in re possum, paratissimis meis servitiis, gratum me Illustrissimae, ac Reverendissimae D. V. probare queam, nec ullum sive corporis, sive fortunarum periculum pro Illustrissima, & Reverendissima D. V., & ut acceptum ipsi facere possim, subire detrectabo, & levis erit mihi omnis labor, quem Illustrissimae, & Reverendissimae D. V. inserviendo suscipiam. Apprime erat mihi in votis, ut praesens ad limina Apostolorum Deo Optimo Maximo in hoc anno Jubilaeo supplicarem, & Benedictionem Apostolicam acciperem, nec non Sanctissimi Domini Nostri pedes in vera humilitate, sicuti & Illustrissimae, & Reverendissimae V. D. deoscularer, eamque ob causam cum periculo, & multorum invidia iter ingressus, bonam ejus partem emensus eram; verum propter ingruentem adversam valetudinem perficere, quod animo conceperam non potui, sed pedem invitus referre coactus sum. Non tamen diffido, Deum mihi concessurum, ut alio tempore officium meum, tunc non sine animi mei dolore intermissum faciam. Interea vero Illustrissimam, & Reverendissimam D.V. quam possum vehementissime obtestor, & obsecro, ut porro me ac meos in Albo clietum suorum recensere, conceptum in nos favorem continuare, Deo Optimo Maximo, ejusque in Terris Vicario Sanctissimo D. N. intercessione sua me, meosque commendare, nec non firmiter, & citra haesitationem statuere dignetur, me ac meos ad omnia quaecumque Illustrissimae, ac Reverendissimae V. D. accepta cognoverimus, semper fore paratissimos, & lubentissimo animo facturos, quae in honorem, & comodum Illustrissimae, & Reverendissimae D.V., & totius S. Romanae Ecclesiae praestare poterimus. Valeat Illustrissima, & Reverendissima V. D. in omni prosperitate quam diutissime incolumis, & me sibi gratiose commendatum habeat, & ignoscat obsecro Epistolae meae ruditati, & ex mente magis sincera devotionem meam, quam ex stilo metiatur.

Ex Aurica 23. Julii Anno 1600.

EPI-

EPISTOLA XCIX.

CAESARI CARD. BARONIO
BONAVENTVRA HAN.

Loquitur denuo de sua pensione super Episcopatu VVratislaviensi imposita; rogatque, ut illa ab Episcopo nuper electo absque mora persolvatur, ac sibi a S. Pontifice Praepositurae jam vacantis collationem impetrare dignetur.

QUia superiori anno ante confirmationem Pauli Alberti in Episcopum Wratislaviensem Electi, inter SS. D. N., & Sac. Rom. Caes. Majestatem certis conditionibus initum fuit, ut debita ab electione mea contracta ex redditibus, & fructibus in Episcopatus interregno collectis, & adservatis, ipsique Paulo addictis, solverentur, & praeterea assentiente Sua Caes. Majestate annua mihi pensio trium millium Coronatorum aureorum numeraretur, nullam intercidere moram posse existimavi, quin Suae Sanctitatis brevi ad ipsum Paulum, tunc noviter electum directo e vestigio obsecundatum fuisset. Ast in ea dilatione cum inopinata mors ipsi vitae suae finem attulerit, factum est, harum conditionum impletionem in hunc usque diem protrahi, & aliud ex alio malum proficisci. Ad Illustrissimam, & Reverendissimam igitur D. V. confugio, humillime quantum majore possum studio rogans, ut quandoquidem in Pauli locum decima octava hujus mensis Joannes Sitselt Ecclesiae Cathedralis Praepositus in Episcopum electus sit, auctoritate, & patrocinio Illustrissimae, & Reverendissimae D. V. apud SS. D. N. non prius confirmatio sequatur, quam mihi ex mente, & decreto suae Majestatis, brevibus Apostolicis tam ad debita solvenda, quam pensioni annuae praestandum satisfactum sit. Alterum est, quod me petere famae, & existimationis meae integritas cogit, siquidem per ascensum Episcopalis dignitatis beneficium Praepositurae istius Ecclesiae, quod de Smi D. N. immediata est collatione, vacet; quo Illustrissimae, & Reverendissimae D. V. intercedente opera, & studio mihi per totum quadriennium exulanti, id a Sua Sanctitate benigne conferatur, & sic vitae meae reliquum tempus circa Ecclesiam cum honore ali-

aliquo transigere possim. In quo Illustrissima, & Reverendissima D. V. labascenti Ecclesiae consulet, & me afflictum, peneque defatigatum eriget, ac sublevabit, & ego perpetuis precibus pro Illustrissimae, & Reverendissimae D. V. salute, & incolumitate Deum O. M. sedulo deprecari non intermittam.

Pragae 23. Julii 1600.

EPISTOLA C.

CAESARI CARD. BARONIO.

IACOBVS DE MARQVAIS.

Familiarem quemdam suum Limina Apostolorum adeuntem commendat, rogatque Typographi nomine, ut jam editorum Tomorum additiones, uno in volumine excudere liceat pro majori commoditate.

LIcet posterioribus meis litteris pro indulgentia mihi a Sua Sanctitate concessa egerim gratias, nihilominus cum praesentium lator mihi familiaris ad limina BB. Petri, & Pauli proficisceretur, non potui, ut tanti beneficii gratum me exhiberem, iterum summas gratias non referre, ut ago quantum possum maximas: qua quidem indulgentia uti coactus fui sub finem Augusti, cum morbus haereditarius, & consuetus iterum recurreret, & gravissime torqueret, ut pensum horarum Canonicarum intermittere coactus fuerim prae animi, & corporis debilitate. Moretus nostrer, sicut & omnes Annalium tuorum studiosi summa aviditate expectant nonum Tomum. Scio te in eo sudare, ut Ecclesiae Dei adsis, & piorum votis non desis. Adsit tibi Divina Sapientia, quae tecum collaboret, ut tantum opus tandem perficere valeas ad Dei gloriam, promotionem salutis animarum, & confusionem haereticorum. Optaret idem Moretus posse omnes Additiones superiorum Tomorum in uno volumine excudi, ut qui priorum editionum Tomos compararunt, iis non priventur. Quaeso, quamprimum digneris illi dictam facultatem concedere. Noster Episcopus Tornacensis meditatur hisce diebus profectionem ad limina Sanctorum ad indulgentias promerendas, tum maxime, ut ratio-

nem

nem reddat Suae Sanctitati status suae Dioecesis. Appulisse ad vos his diebus credo D. Joannem Bouchier Doct. S. Theol. Parisiensem, qui Illustrissimam D.V. salutabit meo nomine, ut credo, sicut illi injunxeram, ut illi adesse digneris, si vestra opera eguerit, obsecro. Is enim de Reipublica Christiana plurimum meritus est propter ejus praeclaras conciones, & scripta. Nepotem meum ut solito favore prosequaris, precor. Pro quibus omnibus precor Dei bonitatem, ut Illustrissimam D.V. diu incolumem Ecclesiae suae servare dignetur, pro qua non cessabo humilibus precibus meis Deum efflagitare.

Ex Domo nostra Martiniana X. Septembris 1600.

EPISTOLA CL

CAESARI CARD. BARONIO

DANIEL RAYMUNDI.

Quod omnia sua studia pro ecclesiae bono, & Dei gloria impendat, laudat & gratulatur, multaque fragmenta ad D. Lambertum spectantia ex Leodiensi Archivio eruta transmittit.

MAgnas, ac immortales gratias Divinae quidem providentiae, sed & V. Illustrissimae Amplitudini etiam omnes debemus pro fideli, ingentique suo labore, quem jam per tot annos in illud suum omnibus saeculis admirandum Ecclesiarum Annalium opus ad maximam Dei gloriam, ac totius Ecclesiae Catholicae usque adeo afflictae perpetuam consolationem indefessa impendit: cui Christus merces magnanimis.

Ignoscat autem (supplico) D. V. Illustrissima praesumptioni meae. Quod indignus licet, ac inter infimos tantum assumptus Servitores B. semper Virginis Mariae, sanctique Lamberti in Ecclesia Leodiensi electa Genetricis suae Romanae filia exiitam: tamen de humanissimo paternae vestrae caritatis affectu confisus, hasce illi meas praevia cum humili manuum suarum exosculatione dirigere ignotus audeam.

Attraxit etenim ad id me, imo etiam impulit (Illustrissime Domine) aequissima illa vestra in nonnullos vitae praememorati S. Martyris, Patris, & Patroni nostri Lamberti Scriptores, censura; qua viro divini cum honoris zelo, de suppressa ab eisdem

vera tanti illius martyrii caussa, ardentes intueor universo vos orbi & effundere, & inculcare querelas: atque ut & aliorum omnium, tum veterum, tum recentiorum uniformi historicorum assertione melius ejusdem sancti vita, ac Martyrium simul in unum collecta scribantur, sancte exoptat.

Qua siquidem ex Illustrissimae V. D. intentione, cum mihi jam in animum facile irrepserit suspicio, nec dum fortassis ad manus D. V. devenisse (quod dolens mirari cogor) illam Sancti ejusdem Martyris vitam, quae ante quadringentos, & quadraginta septem abhinc annos per Nicolaum nostrae tunc Ecclesiae Canonicum Diaconum descripta apud nos, & alios extat, quaque (ni fallor) sancto illi vestro desiderio probe jam satisfactum fuisse putarem, si ea aliquando in lucem praelo edita prodiisset: non abs re me facturum putavi, si hujus ejusdem transumptum oblata mihi utens benevolentia praesentium latoris ad Urbem proficiscentis per ipsum Illustrissimae V. D. dirigerem.

Quod ut quam fidelissime praestarem, de pluribus ante omnia illius exemplaribus apud diversa loca investigandum sane mihi fuerat. Sed cum id temporis angustia vetaret, duobus tantummodo, quae facile ac statim ad manus habui, uti compulsus sum. Horum unum Ecclesiae nostrae est; quo & ante trecentos circiter abhinc annos (veluti ex repertorio ejusdem bibliothecae apparet) pro divinis semper uti consuevit tam in praememorati Sancti Patroni nostri festivitatibus, quam etiam in ejusdem hebdomadali officio: quod ab anno Domini millesimo ducentesimo decimo tertio ad instar Officii Sabbatini B. V. Mariae, dudum antea etiam ut circa annum Domini 1545.) in eadem Ecclesia nostra instituti, per singulas fere anni septimanas, extra Adventus, & Quadragesimae tempora, celebratur. Alterum accepi ex bibliotheca cujusdam mihi familiaris amici; quod sane Reverendissimus adm. P. D. Joannes Ulimmerius Canonicorum Regularium D. Martini Lovanii Prior, & ibidem Universitatis Antiquarius, se propria manu anno Domini 1590. infra octavam S. Lamberti ex vetusto papyraceo sui Collegii Codice, transcripsisse, ac contulisse, sua etiam subsignatura sub illius finem ob id adjecta attestatur.

Utrisque vero diligenter ad invicem collatis, reperi illa de verbo ad verbum sibi correspondere; salvis iis paucis, quae in transumpto per me D. V. Illustrissimae misso ad ejusdem calcem adnotata subjiciuntur.

Caete-

Ceterum, Illustrissime Domine, extat adhuc apud nos manuscripta in uno ex legendariis (ut vocant) libris, quibus ad matutinales Chori lectiones pro sanctorum festis utimur, & haec altera de glorioso, admirandoque S. ejusdem Martyris nostri Triumpho Buillonienſi historia: quam Auctoris licet Anonymi, uti ſinceram, jucundam, ac miraculis per eundem B. Martyrem post annos etiam quadringentos, & quadraginta tres ab ejus Martyrio patratis refertam, contra Ecclesiae Catholicae hostes, non parum facere, tomorumque vestrorum decimo fortaſſis, vel undecimo (ignoſcatur praeſumptioni meae) uſui venire poſſe judicavi; eandemque ob hoc, zelo neſcio quo majoris gloriae Dei in Sancto etiam eodem nostro Martyre evulgandae impulſus, transmitto; confidoque eam ipſam Illustriſſimae D.V. non ingratam fore. Cujus etiam cum plura legerim ex diverſis bibliothecis exemplaria, omnia tamen de verbo ad verbum cum Ecclesiae nostrae Codice concordare reperi.

Hanc vero eandem deſcriptam eſſe & ab ipſo Nicolao, qui vitam B. Lamberti edidit, facile ſuſpicarer; tum propter phraſis ſimilitudinem, tum etiam praecipue, quod cum hic Triumphus in annum Domini 1141. inciderit; constatque praedictum Nicolaum ſcripſiſſe de B. Lamberto ad VVedericum Abbatem Eccleſiae Licienſis (quae nunc Laetienſis dicitur, ac dequa latius apud D. Joannem Molanum in natalibus Sanctorum Belgii die 27. Septembris agitur, tractatu de S. Hiltrude Virgine Laetienſi) ante ſubſequentem Domini annum 1153.; veriſimile ſatis videtur, ipſum eundem Nicolaum ex ſola ejuſdem recentis hujus triumphi occaſione praecipuam ſcribendi occaſionem habuiſſe: praeſentemque ſimul ejuſdem Triumphi historiam contexuiſſe. Sed haec per conjecturam, inquiram autem de eiſdem paulo diligentius.

Quam vero celebris olim fuerit Leodienſibus hic ille Triumphus, testantur inſuper tum illa, quae ad perpetuam illius memoriam conſpiciuntur in atrio, ſeu porticu Septentrionali Eccleſiae Leodienſis, vetuſta admodum, nobiliaque ejuſdem monumenta lapideis statuis magnifice exciſa; tum quoque ipſae tabulae de eodem intra Eccleſiam depictae; quae & idiotis, & aliis templum S. Martyris adeuntibus tanti beneficii accepti memoriam jugiter refricare non deſiſtunt.

Et quoniam ad frequentiores quorumdam amicorum mihi familiarium cohortationes (quorum pio deſiderio diutius recal-

citrare erubeſco) meditor brevi, ſi divina concedat gratia, tum ex praedictis omnibus, tum & quibuſdam aliis, libros tres in unicum opus collectos, de vita, Martyrio, Miraculis, Victoriis, ac Triumphis tanti S. Patroni noſtri, praelo mandare: jucundiſſimum, optatiſſimumque mihi ſemper erit, ſi ſemel (quod ſimpliciter ambulando, confidenter expecto) quid Illuſtriſſimae V. D. de hujuſmodi per me ſibi tranſmiſſis ſentiat, percipere aliquando valeam.

Praedicti porro operis recolligendi lib. 1., Vitam, Martyrium, & miracula S. Lamberti per Nicolaum deſcripta, juxta exemplar, quod tranſmiſi, comprehendere intendo. II. Miracula, victoriam, & triumphum ejuſdem S. Martyris ad Bullonium: juxta etiam tanſumptum quod V. D. direxi; ſed tamen certis capitibus cum ſuis argumentis, ſummariis diſtinguendum, praefatiunculaque in fronte, & quibuſdam notis ad calcem pro evidentiori totius hiſtoriae cognitione neceſſariis, adjectis. III. Victoriam, & Triumphum ejuſdem S. Patroni noſtri ad locum de Steppes anno Domini 1213. Octobris 13. ab Eccleſia Leodienſi obtentos. Cujus poſtremae ſiquidem hiſtoriae cum ſolummodo partem in ſupradictis Eccleſiae noſtrae libris habeamus, eamdemque tranſumptam [ut ſatis videtur] ex vetuſto quodam pergameneo Codice, quem habeo ex bibliotheca Reverendi Domini Arnoldi a VVachtendonk Eccleſiae Collegiatae S. Martini Civitatis Leodienſis Decani; atque ex hoc demum, & aliis rerum Eccleſiae Leodienſis Chronicis, integrum totius rei geſtae ſeriem, praetermiſſis multis ad praeſens inſtitutum impertinentibus prolixitate nimia lectori plerumque etiam faſtidium ingerentibus, ſervataque de verbo ad verbum, quam maxime fieri poterit, ubique pii auctoris lectura, licet rudi ſatis, ac humili (quae duo, & apud praedictam Codicis noſtri.partem, at recentis circiter annis, per majores obſervata fuiſſe comperio) recolligere, deſcribereque debeam: horum nunc Summarium dumtaxat argumentum quam potui fideliſſime excerptum Illuſtriſſimae V. D. tranſmittendum putavi, ac poſtmodum (ſi Deus gratiam dederit, veſtraque id non improbet D. Illuſtriſſima opuſculum ipſum integrum.

Interea, quae de humaniſsima V. D. Illuſtriſsimae benignitate confiſus tranſmittere, & ignotus, & fortaſſis importunus non erubeſco, ſerena fronte recipere dignemini. Horum namque me etiam S. Patrono noſtro, cum quos & amo, & veneror debitorem judi-

judicaverint, debitum persolvere hilaris intendo. Si quid bene, ad gloriam Dei, testisque sui fidelis Lamberti honorem majorem sit: si quid secus; meae, ut ignoscatur miseriae supplicabo.

Doleo autem, & sincere doleo, me in imperitum scriptorem conductitium incidisse, qui specimine suae manus satis honesto mihi exhibito; post modum omnibus, ut mittuntur, indocte, praecipitanteque calamo expeditis, nec se, nec me, sed temporis angustiam, acceleratumque praesentium latoris discessum culpavit. Non improperet quaeso; sed ex caritate suppleat Illustrissimae D. V. Lector hunc mei defectus excessum.

Deus Optimus Max. Illustrissimae V. D. annos multos, felicesque superaddat: eandemque sua semper gratia, & gloria donet.

Leodio ex Claustrali loco Ecclesiae Collegiatae D. Petri Apostolorum Principis Septembris 18. Anno Domini 1600.

EPISTOLA CII.

CAESARI CARD. BARONIO

CORNELIUS SCHULTINGE STEINVVYCH.

Monet, antiquitates Ecclesiasticas adversus haereticos ex Annalibus excerptas jam sub proelo esse, confutationes in Calvini institutiones jam esse absolutas; rogatque, ut sibi a S. Pontifice obtineat collationem Praepositurae, quamprimum vacaturae.

THesaurus Antiquitatum Ecclesiasticarum ex vestris Annalibus collectus a me, jam Coloniae sub proelo est, & nundinis proximis vernalibus in publicum prodibit, & meis etiam sumptibus, inde Deo gratiose vitam largiente, confutationes Institutionum Joannis Calvini jam absolutae subsequentur. Peto a Celsitudine Vestra, ut consensum suum exhibitum in litteris anni 97. in forma paulo ampliori, pluribusque aliquanto verbis extensa mittere, ne dedignetur. Silentium ad ultimas litteras datas a me ad D. Joannem Baptistam mihi responsi loco est, nolle scilicet Suam Sanctitatem quod in gratiam Reverendissimi Archiepiscopi semel indulsit, revocare. Sed quoniam Celsitudo Vestra suis ad me litteris post oblatos libros de disciplina Ecclesiastica, & Bibliotheca, mandavit Suae Celsitudini, & Suae Sanctitati mature semper significarem commodam rationem, qua Sua

Sua Sanctitas meos labores remunerari posset, en jam opportuna sese offert occasio. Agit modo apud vos Romae Reverendissimus D. Hermannus Ortenbergius J. V. D. creatus per Suam Sanctitatem Auditor Rotae in locum Orani, is Coloniae Praepositus est S. Cuniberti; hanc Praeposituram absens retinere non poterit, quoniam Capitulum illi adversatur, nec de ullis fructibus vult in absentia respondere, ideo quod antehac omnes istic Praepositi personaliter fuerint coacti residere, adeo ut ne illustres quidem personae ullius Pontificis privilegio hactenus inde eximi, vel excipi potuerint, ut recens est memoria de Comite ex Seyn. Quod contra allegavit Reverendissimus Praepositus coram Capitulo, Auditores Rotae singulari privilegio gaudere posse absentes, Capitulares opponunt plane contraria multa exempla, & asserunt tale privilegium non posse sese extendere ultra Alpes, adeo ut jam etiam ipsius Coloniae patroni de tota ista caussa ipsius desperent, omnino Capitulum non discedat de sententia. Quid autem proderit illi Praepositura, si absens ejus fructibus perfrui non possit? Tam vero desidero, & opto, ut tacite me ne nominato quidem V. Celsitudo apud Suam Sanctitatem meam caussam ageret, atque dirigeret, sic nempe, ut Sua Sanctitas Reverendo D. Praeposito indefinite proponeret, ut gratitudinis caussa potestatem faceret Suae Sanctitati illam Praeposituram in quemdam suum Clientem (me tamen nullo modo expresso) transferendi, velle Suam Sanctitatem aliis majoribus beneficiis, & officiis suam Reverentiam amplius cumulare, & prosequi. Crederem, quod Suae Sanctitati, a qua est creatus Auditor Rotae, ingratitudinis vitandae caussa non auderet negare, nec honeste posset, cum Suae Sanctitatis intersit, ut tales dignitates, quae assiduam residentiam personalem semper habuerunt, minime vacent possessore. Praeoccupet V. Celsitudo animum Pontificis, ne in alium resignet: multi enim petent, licet sesquicentum coronatos annue non valeat. Quatenus vere ipse absens gaudere poterit (quod plane puto reclamante toto Capitulo, & consuetudine personaliter residendi etiam cum Comitibus hactenus indispensabili repugnante, nullo modo fieri posse) nullatenus ego gratiam illam mihi concedi peto, haec cuperem ita occulte dirigi, ut nulla plane hinc mihi valeat suboriri invidia. Praepositus habet etiam Coloniae praebendam Metropolitanam, & ad S. Cunibertum duas praebendas cum Praepositura praeter diversas pensiones beneficiorum in terra Leodien-

diensi, ut hanc Praepositūram dimittere possit, & Capitulo volente debeat. Nonum tomum Annalium avidissime desideramus. Deus O. M. tantum mihi patronum precibus exoratus diu conservet incolumem.

Coloniae 8. Idus Octobris 1600.

EPISTOLA CIII.

CAESARI CARD. BARONIO
ARNOLDVS A VVACHTENDONCK.

Novas Lucubrationes ad Aquisgranensem, & Sigeburgensem Ecclesias spectantes mittit, & offert, loquiturque de antiqua quadam Tabula Coss., Praef. Urbis, & Ponti. Rom. quae penes se esse monet, & cujus communicationem offert, & presentat.

MIsi ante menses aliquos antiquitates quasdam Ecclesiasticas, inter quas (si non omnes) aliquas tamen spero non fuisse ingratas. Qua spe ductus ausus sum, jam iterum Illustrissimae, & Reverendissime D. V. molestus esse, & aliqua transmittere, quae Aquisgrani, & Sigeburgi pridem oservavi, obnixe, & humiliter rogans, ut mihi meam temeritatem condonare dignetur, praesertim quod ista prioribus, tam numero, quam qualitate sint imparia, & inferiora.

Sunt apud me fragmenta quaedam Coss., Praef. Urb., & Pontif. Rom. sub hoc titulo in tabella, quam tenent pueri alati. *Valentine lege feliciter, Valentine floreas in Deo, Valentine vivas flores, Valentine vivas gaudeas. Furius Diunisius Filocalus Titulavit.* Coss. incipiunt ab Antonino II. & Geta fine mutilo, in quo majusculis literis scriptum, *Anno Centesimo* qui potest incidere in annum Christi 427. Tauro, & Felice Coss. Quid hoc anno singulare contigerit, non potui hactenus invenire. *Praefec. Urb. Valeriano II. & Gallieno Lollianus Praef. Urb. usq. Vitrasius Orfitus. Pontif. Rom.* Frag. incipit. *Imperante Tiberio Caes. passus est D. N. J. C. duobus Gem. Coss. VIII. Kal. April. Usq. Liberius, qui fuit temporibus Constanti*, & est valde .... & mutilus, & imperfectus.

Item Calendarium tempore declinantis Imperii, quod in-

eo

eo mentio muneris Archadici cum imaginibus, & versibus. Inter quas mense Septembri

Surgentes acinos, varias & praeferat uvas
September, sub quo mitia poma jacent.
Captivam filo gaudens religasse lacertam,
Quae suspensa manu mobile ludit opus.

Ex quibus Illustrissima Dominatio Vestra de reliquis judicare poterit.

Haec si Illustrissimae D. Vestrae placebunt describi, & Illustrissimae, ac Reverendissimae D. Vestrae transmitti curabo, eidemque longaevam, & felicem vitam imprecans.

Leodio 27. Octobris 1600.

EPISTOLA CIV.

CAESARI CARD. BARONIO

CORNELIUS SCULTINGE STEINVVICH.

Monet, ut ejus consensus ampliori forma descriptus, thesauro Antiquitatum Ecclesiasticarum ex Annalibus excerptarum praemittendus, transmittatur; deinde causas profert, quae ipsum impellunt ad cujusdam juramenti dispensationem obtinendam.

Dedi litteras ad Celsitudinem V. S. Iduum Octobris, quibus petii, ut testimonium, & concessio vestra praefigenda Thesauro Antiquitatum Ecclesiasticarum ex epistola scripta ad me an. 1597. in latiori, & paulo ampliori forma extensa ad me mitteretur. Nunc ad memoriale Nuncii Apostolici quod attinet explicabo paucis caussas, quae ad petendam talem dispensationem me moverunt. Prima est, quod juramentum sit contra Canones, in quibus semper excipitur in omni juramento auctoritas Superioris, nempe Pontificis (cap. venientes de juramento; & Silvester in summa de juramento art. 2., & in cap. Venientes Doctores. Rebuffus in privilegio Studiosorum 76.), cui per ejusmodi juramentum Scholasticum praejudicatur. Deinde Coloniae promotio Doctoralis in Theologia nimis magno precio, nempe semitrecentis coronatis constat, cum jure communi ad summum 80. coronatis aestimari debet (Sylvestr in summa

ma verbo Doctor §.7. sexto quaeritur); egoque tam magnis sumtibus ferendis minime sim par, & promotionem non tam magnitudine sumtuum, quam sufficienti eruditione metiri oporteat; praeterea Herbipoli meus Patronus Illmus Princeps Julius Orientalis Franconiae Dux gratis in sua Universitate Herbipolensi suis sumtibus curabit me promoveri. Ad haec Colonienses adeo sunt rigidi in tantis sumtibus exigendis, ut plane nihil remittere velint, cum tamen Theologi Lovanienses permittant, sex Doctores in uno actu simul promoveri, ut sumtus minuantur. Colonienses vero nequaquam plures, quam tres in uno actu simul promoveri patiuntur. Postremo extat etiam exemplum doctissimi viri Petri Bussaei, qui licet Coloniae factus esset Theologiae licentiatus, & hoc idem irreligiosum juramentum in Pontificem Coloniae emisisset, nihilominus tamen hoc juramento non obstante, postea per dispensationem Pontificis Viennae in Austria ante annos circiter 20. Doctor Theologiae creatus fuit. Neque ut hoc a Sua Sanctitate petam, ulla ambitione inducor, sed tantum ut confutationibus Institutionum Joannis Calvini paulo major addatur, & accedat auctoritas. In hac justa caussa V. Celsitudo mihi, spero, apud Suam Sanctitatem patrocinabitur, atque ubi dispensatio impetrata fuerit, per suum amanuensem, & secretarium J. Baptistam respondebit. Nonum Tomum Annalium ante festa Natalitia Moguntiae impressum Coloniae habere poterimus. Quando in sequentibus sic progredietur Vestrae Celsitudo, ego in colligendis Antiquitatibus octavi, noni, & sequentium Tomorum vestra vestigia insequar. Optarem jus dispensandi, & potestatem in hoc casu a SS. D. N. tribui vel Vestrae Celsitudini, vel Illustrissimo Nuncio Coloniensi Coriolano. Deus Reverendissimam Celsitudinem Vestram ad absolvendos Annales diu servet sanam.

Coloniae ad S. Andream 1600. 4. Non. Novembris.

EPISTOLA CV.

CAESARI CARD. BARONIO
RICARDVS VITVS.

Dispensationem de Bigamia a S. Pontifice obtinendam deprecatur, monetque se diu noctuque in rebus ad Anglicanam Ecclesiam pertinentibus versari, quas omnes suo perspicaci summittit judicio.

Litteras Illustrissimae V. D. Romae datas pridie nonas Julias accepi 27. Augusti, quibus incitatus pergo in historia rerum Britanniarum, & mirifice recreor benevolentia Illustrissimae V. D. libri noni Annalium, qui mihi, & filiis erit in perpetuam memoriam. Sed antequam intellexissem de tanta, tamque singulari Illustrissimae V. D. humanitate, profecto sum ausus iterum scribere, & Arcturum Regem Britannorum Christianum Catholicum a poetarum vulgarium fabulis ereptum, sicut ad Illustrissimam V. D. praefatus, eram in octavo libro mittere; & quoniam ad Bedam usque deduxeram, subdubitabam, mihi necesse non fore amplius pergere. Nam Henricus Savilius edidit quinque Scriptores rerum Anglicarum post Bedam praecipuos: & ibi praefatus de nomine, qui historiam gentis bene scripsisset, suamque, & aliorum opinionem de Polidoro Vergilio demonstrans, dedit occasionem nostris hominibus me perurgendi ad incoeptum opus perficiendum: quod facere vix audebam, nisi Illustrissimae V. D., similiumque Virorum excellentium judicio bene confirmatus, quibus & memet ipsum, & omnia mea perlubenter committo. Quin & illud priusquam literas Illustrissimae D. V. accepissem, tentare conatus sum, misso ad Summum Pontificem supplici libello, ut Illustrissimae V. D. favore possem obtinere dispensationem de Bigamia, in qua re bene sperare jussus sum. Quapropter (si tantam a Beatitudine Sua gratiam, quod ad Illustrissimae V.D. instantiam, minime dubitem, adepturus sim) summis precibus ab Illustrissima V. D. contendo, ut dispensatio illa (mediante Illustrissima V. Dominatione) in forma, qua potest amplissima, cum oportunis Clausulis ad omnes ordines, & dignitates, etiam (quod petitio ni fallor continebat) Episcopatum, si opus est (quatenus nimirum in his Romanae Curiae patitur usus)

ufus) concedatur. Deus Opt. Max. Veſtram Amplitudinem perpetuo ſervet incolumem.

Duaci 6. Decembris Anno Domini 1600.

EPISTOLA CVI.

CAESARI CARD. BARONIO
BALDASSAR HIMAGE EPISC.

Gratias agit de miſſo ad ſe uno Annalium Tomo, Deumque indeſinenter exorare aſſeverat, ut pro bono totius Eccleſiae diu ſalvum, & incolumem conſervet.

Litteras in Urbe VI. Calend. Novemb. datas decimo praeſentis, qua par eſt reverentia, & quidem ovans accepi, quae cum illud ipſum Illuſtriſſimae D. V. ingenium, quod in Urbe praeſens admiratus fui, ad vivum referant, confirmor ſupra modum in ea, quam de ipſius in me hominem obſcurum, & imperitum mirifica humanitate opinionem conceperam. Cui cum vices alias rependere non valeam, non deſinam tamen retributorem omnium bonorum Deum, quotidianis precibus pulſare, ut Illuſtriſſima D. V. mihi, & Eccleſiae ſuae, pro qua indefeſſo ſtudio pientiſſime laborat, ſalvum ad neſtoreos uſque annos conſervet. Pro Tomo Annalium donato humillimas ago gratias. Erit ille Memoriale Officiorum meorum ſibi a me alias pluribus nominibus debitorum perpetuum. Deus Illuſtriſſimam D. V. tueatur ſemper, cui me humillime commendo.

Landishuxae 12. Decembris An. 1600.

EPISTOLA CVII.

CAESARI CARD. BARONIO

CORNELIUS SCHULTINGE STEINWYCH.

De ejus recuperata valetudine laetatur, rogatque, ut sibi a Pontifice obtineat dispensationem a quodam juramento; deinceps nonnulla agit de Antiquitatibus Ecclesiasticis a se excerptis ex Annalibus adversus haereticos.

Reverendissime Maecenas. Quanto prius dolore fui affectus postquam intellexi V. Celsitudinem per 27. horas sanguinis profluvio laborasse; tanto rursus, imo majori gaudio fui delibutus cum percepi, eamdem Celsitudinem corpore expurgato firmissimae, integerrimaeque restitutam valetudini. Credo equidem Sanctos, quorum res gestas in Martyrologio, & in Annalibus descripsit, hoc beneficium a Domino Deo impetrasse, ut diutius ad pertexendos, ac perficiendos Annales nobis, & Ecclesiae superesse, posset. Ex hac Reverendissimae Celsitudinis V. adversa valetudine evenisse credo, quod ad geminas litteras diversis vicibus circa initium Octobris ad V. Celsitudinem datas nihil responsi acceperim. Primis litteris petebam dispensationem a Sanctissimo D. N. mihi impetrari, ut non obstante illicito, & irrito juramento Licentiae ante annos 22. praestito Coloniae, possem nihilominus gradum Doctoratus in Theologia suscipere Herbipoli. Alteris litteris rogabam, ut approbatio, & consensus vester anno 97. adhibitus de editione Antiquitatum ex Annalibus paulo amplioribus verbis latius exprimeretur; praeponetur enim exemplari brevi impresso. Responsum ad utrasque litteras mitti cupio cum litteris Cardinalis S. Georgii ad Nuncium Apostolicum Coloniensem, non ad Dominum Hyrodtt; is etenim videtur aegre ferre, quod Antiquitates collectae ex Annalibus edantur, cum existimet hoc suo quaestui obfuturum, nec movebitur V. Celsitudo contraria quacumque ipsius instantia, cum publicum commodum Ecclesiae, ac Religionis nullatenus debeat impediri. Vigilet pro me apud SS. D. N., si qua occasio se se offerat praemium laboribus meis tribuendi. Consultum foret propter incertitudinem, ut

isthic

isthic Sua Sanctitas mandaret apud Datarium, & Signaturae gratiae Praefectum, ut primo vacatura Praepositura in his partibus mihi adpromittatur indefinite, vel Nuncio Coriolano in hisce locis ea potestas detur. Alioquin expertus certo scio, quod ratio meae promotionis sit impossibilis propter ibi existentes nimis multos competitores. D. O. M. Celsitudinem V. diutissime incolumem servet.

Coloniae ad S. Andream anno 1600. pridie Nativitatis Christi.

EPISTOLA CVIII.

CAESARI CARD. BARONIO.

BONAVENTVRA HAN.

Eum rogat denuo ut a S. Pontifice quamdam pensionem de VVratislaviensis Ecclesiae proventibus, jam promissam, impetrare dignetur; quam ob caussam infelicem rerum suarum statum repraesentat.

QUod iterum nova electione Episcopi Wratislaviensis secuta ad Illustrissimam D. V. scribo, eamdemque crebitate litterarum mearum interpello, summa necessitas, adeoque pactorum inter SS. D. N. ipsamque Caesaream Majest. initorum triennalis efficit procrastinatio. Neque enim decreta pensio annua, neque debitorum causa Episcopatus contractorum exolutio, mandante licet Sua Sanctitate circa Pauli confirmationem, ulla secuta est, sed iisdem, quibus antea miser jactatus casibus, aulam Suae Majestatis magno cum impensarum onere sequor, interea aes alienum ex conditionum implendarum dilatione mihi quotidie crescit. Hoc ne fieret, Sua Sanctitas Paulo confirmato, jam ante Brevi Apostolico ex Episcopatus tum vacantis fructibus, & redditibus demandarat. At ille voti sui compos redditus, omnia ea in privatos usus convertit. Morte autem ejus relicta, partim distracta, & alienata, residuum vero divisionibus Capitularibus cessit, de quibus sicuti hoc toto triennio, ne minimus quidem obolus ad me rediit. Unde valde metuo, ne si Electus hic denuo confirmatione sua potiatur, antequam his duabus conditionibus sit satisfa-

tisfactum, vel lites immortales excitentur, vel mihi in hac ingravescente mea aetate plane sit pereundum. Eam ob rem preces meas priores, quanto majore possum studio, & contentione repeto, & Illustrissimam, ac Reverendissimam D. V. rogo, ut pro sua auctoritate, & rem Ecclesiasticam juvandi studio perficiat, quo Suae Sanctitatis Brevia ad Paulum, & Capitulum superiori anno directa, non solum renoventur, sed ipsa quoque confirmatio novi Electi tam diu suspensa maneat, quoad decreta pensio annua una cum perceptis Suae Sanctitatis diplomate ex Episcopatu Wratislavien. assignetur, tum & creditoribus meis, tam ex fructibus prioribus vacantiae collectis, quam a morte etiam Pauli maturatis, sit satisfactum. In quam sententiam ad SS. D. N. scribo, maximopere rogans, ut eadem suo etiam accedente calculo res meas apud Suam Sanctitatem benigne juvet, Ecclesiam, & me hisce perplexitatibus, in quas nullo meo ambitu incidi, exolvat, & quieti, ac tranquillitati reponat. Factura in eo rem immortali Deo gratissimam, Ecclesiae salutarem, & a me quovis officiorum genere pensandam.

Pragae 29. Decembris 1600.

EPISTOLA CIX.

CAESARI CARD. BARONIO

FRATRES ORD. S. DOMINICI PROVINCIAE RUSSIAE.

Deplorant infelicem Dominicanae familiae statum in Poloniae, & Russiae provinciis, rogantque ut eam sua auctoritate fulcire non dedignetur.

ILli, qui nos reos contemptae auctoritatis Sanctissimi constituebant (sed contra innocentiam divina justitia nobis suffragata est) nunc in hoc crimen prolapsi sunt turpissime, aut ut verius dicamus, quod erant in corde prodiderunt. Hoc docet vel una haec illorum protestatio adversus decretum P. Generalis ex auctoritate Sanctissimi factum: docet nobilium subornatus tumultus, & violentia, docet Primatis exasperatio, qui uti senex, & minimum constans, haec Commissario (nam circumferuntur per regnum in scriptis a contumacibus) verba dedit, quae mitto.

Non

Non itaque credo corruptum Commiſſarium, quod de illo diſperſum erat, ſed terroribus, & vi adactum dixiſſe, promiſiſſe, & renuntiaſſe, (ſi modo, & hoc fuit), ac diſceſſiſſe. Modo per totum regnum furentibus ſimiles diſcurrunt, mutant hominum voluntates, & immutant: Regnum periturum eſſe exinde probant. Nunc vero ad compoſitiones per perſonas ſubornatas nos inclinant, quaſi componendum ſit de obedientia; de ſalute Eccleſiae, & Ordinis, ac noſtra, quae bona omnia evertunt iſti. Itaque Celſ. Veſtram obnixe, & per viſcera Domini Jeſu rogamus, ut jam remedia graviora adhibeat.

Nocuit illis benignitas. *Viam pacis non cognoverunt*: etiam Viſitatorem, & Vicarium Generalem una cum Commiſſario rejecerunt. Miſerendum eſt non Ruſſiae tantum, ſed etiam Poloniae Provinciae, ſiquidem non deſunt pii inter illos: *Qui reminiſcimini Dei*, inquit Iſaias, *ne taceatis*, *neque detis ſilentium ei*, *donec ſtabiliat*. Et nos purgamus ab hac impetitione mundana res noſtras regulares: quamvis nobilitas gravis haec omnia rideat, & contemnat ~~. quae illi leves ,~~ & inconditi nobiles ſubornati fecerunt. Tempus nobis extrahunt: una manu laboramus, altera pugnamus; & interim multae animae pereunt. Si nobis decretum P. Commiſſarius tradidiſſet, res optime confecta fuit: at ille territus, uti advena, poſt diſceſſum ſuum dolorem nobis, riſum autem inimicis reliquit. Revertatur, ut nulla ſit conſolatio rebellibus: vani ſunt enim in ſermonibus. Deus Illuſtriſſimam, & Rrverendiſſimam D. V. diu incolumem ſervet.

Sub fine anni 1600.

EPI-

EPISTOLA CX.

CAESARI CARD. BARONIO

RICARDVS VITVS.

Quod dispensationem in caussa bigamiae obtinuerit, gratias rependit, & de hoc se ante Deum semper fore memorem testatur; sed rogat mutari verba quaedam, ut gratia integrum sortiatur effectum, & difficultates, quae super hoc exoriri possint, penitus removeantur.

NOn possum verbis ullis exprimere gratias, quas vobis debeo pro dispensatione nobis obtenta in causa bigamiae, idque, ut intelligo, gratis. Attamen ago, quam potero, verbis amplissimis in hoc tempore, semperque dum vivam habebo: & si mandatum Apostolicum sortiatur suum effectum, uti spero, perpetuam, & Suae Sanctitatis, & vestrae humanitatis memoriam in precibus ad Deum Opt. Max. faciam. Et quanquam talis gratia non ita levi de causa impetrari consueverit, & istud Breve Apostolicum eo stylo, quo in Curià fieri consuevit, scribatur, quemadmodum in vestris litteris continetur: tamen hoc interpetratus sum de dignitatibus Ecclesiasticis, & civilibus, quae fuerunt in meo supplici libello comprehensae, usque ad Episcopatum, fortassis ambitiosius quam decebat; sed hoc propter Joannem Vitum novissimum in Anglia Catholicum Episcopum Vintoniensem propatruum meum, idque aliorum potius hortatu. Sed nunc reformatores mei supplicis libelli video male intellexisse Rectoratus officium, & dignitatem in hac Duacensi Academia, pro Regentis Cathedrae munere, quod Professores legendo in Italia exercent. Itaque haec verba brevis, *& alioquin professoris Officio hujusmodi in dicta Academia ulterius fungi non posse*: deberent salvo meliori judicio mutari sic: *& alioquin Rectoris officio in dicta Academia ulterius fungi non posse*. Nam Statutum Electores novi Rectoris totius Academiae prohibet accipere bigamum, & Religiosum in Rectorem Universitatis. Praeterea supplicabam ut Sua Sanctitas dignaretur mecum dispensare super irregularitate pro consultationibus a me fa-

factis, quamquam non adeo frequenter, in causa sanguinis, quae quidem irregularitas impediret exercitium accepti Presbyteratus. Sed hi Reformatores de causa sanguinis nullam faciunt in Brevi Apostolico mentionem, nisi de dispensatione, *super irregularitate exinde contracta*, nimirum, *ex secundis Nuptiis contracta*; proinde rogarem illud quoque sic immutari: *Super irregularitate ex consilio in causa sanguinis contracta*. Vel aliter, prout ipsis ex stylo Curiae videbitur.

Quae cuncta, scio, Amplissime Domine, non decere ad vos scribi, sed ut beneficium vestrum in hoc negotio perfectum sit, & ego possim eodem uti sine ullo scrupulo, cuperem omnino auctoritate vestra emendari. Quod erit facile factu. Deus Opt. Max. Illustrissimam D. V. nobis, & Ecclesiae diutissime servet incolumem.

Duaci 8. die Januarii 1601.

EPISTOLA CXL.

CAESARI CARD. BARONIO

DANIEL RAYMVNDI.

Quod cujusdam sui operis editionem differre cogatur, rationes affert, nepotemque suum, Papiam studiorum causa proficiscentem sub sua clientela, & patrocinio admittere deprecatur.

QUod parvitatis meae litteras tanto etiam humanitatis affectu excipere Illustrissima V. D. dignata sit, ut & suis ad me redditis exhortatione, consilio, auctoritate mihi in suscepti laboris munere adesse voluerit, gratias immortales.

Fidem interea, diligentiamque, quibus ipsa merito exposcit hoc studium tractari, & absolvi, Deo ob oculos posito gratiam largiente, praestare per omnia conabor. Cujus etiam rei gratia non semel tantum in incoepti operis progressu mihi subsistendum venit; quod non pauca se offerant, quorum fidem, & veritatem ex aliis quoque asseverare (apud notas tamen subjungendas) omnino operae pretium existimem: adeo ut vel hinc etiam, non minus quam ex illa, qua ne pro animi nutu his vacem valde premor, temporis penuria, propositam

 opu-

opuſculi editionem paulo magis adhuc protrahere vel invitus cogar. Maturare tamen non deſino, quantum facultas concedit.

Ceterum, Illuſtriſſime D., quandoquidem littera non erubeſcat, atque nunc me non ſolum caro, & ſanguis, ſed & caritas valde urgeat, D. V. Illuſtriſſimam, ejus humanitate nimia fretus ſupplex rogare praeſumam pro praeſentium latore Joanne Raymundi ex fratre mihi nepote, adoleſcente ſiquidem liberalis indolis, qui tranſacto Leodii apud Patres Societatis humanarum Litterarum curſu, dum animo ſtudia ſua proſequendi ad Papienſem Univerſitatem cum proviſionalibus Litteris piae cujuſdam fundationis ſubſidiariae (burſam dicimus) ad Capitulum Eccleſiae noſtrae illic ſpectantis proficiſcitur: reperta eadem ſibi, Parentibuſque incommoda, Romam ſe tranſtulit, boni ibidem Maecenatis haud dubie indigens patrocinio. Hunc itaque, ut Illuſtriſſima V. D. ex caritate, ac in favorem adoleſcentiae, ſibi commendatum habere, benignitateque ſua ad virtutes ſtimulare, ac adjuvare dignetur, per viſcera miſericordiae Dei noſtri, etiam atque etiam humiliter rogo.

Et ter Opt. Max. ille centuplum retribuat, Veſtramque Illuſtriſſimam D. nobis, ac univerſo Orbi neceſſariam, diu multumque interea ſervet incolumem.

Leodio ex Clauſtrali loco Principis Apoſtolorum, die Converſioni Doctoris gentium ſacro A. D. 1601.

EPISTOLA CXII.

CAESARI CARD. BARONIO

BONAVENTVRA HAN.

De obtenta penſione ſuper VVratiſlavienſi Eccleſia gratias agit quam plurimas, rogatque, ut ſua auctoritate S. Pontificis gratia quiete frui valeat.

QUod Illuſtriſſima, & Reverendiſſima Celſ. V. apud S. D. N. cauſſam meam paterne ſemper egerit, magnas, & immortales Illuſtriſſimae, & Reverendiſſimae Celſ. V. gratias habeo, acturuſque ſum, dum vivam. Licet autem a S. D. N. motu proprio cum conſenſu Sac. Rom. Caeſ. Majeſtatis annua

nua pensio trium millium aureorum super Episcopatu Wratislaviensi mihi decreta, solutioque debitorum contractorum Ven. Capitulo sit imposita, nihilominus tamen, confirmato jam per Breve Apostolicum Episcopo Wratislaviensi, Capitulum litteris ad Sac. Caes. Majest. datis se mirifice opponit allegando statuta jurata de prohibita pensionis receptione. Verum cum haec res S. D. N. auctoritatem, ipsiusque potestatis plenitudinem concernat, spero, Suam Sanctitatem, quod maturo consilio, & saepius repetitis litteris, atque decretis cum Sac. Rom. Caes. Majest. mihi pro jure meo, sine omni culpa mea amisso, & ablato determinavit, nullo unquam tempore retractaturum. Propter Canonicam olim electionem meam conditiones illae de pensione annua, solvendisque debitis a S. D. N. reservatae fuerunt. Quas conditiones adimpleri, meque in quintum jam annum variis, proh dolor! agitatum fluctibus publicis tabulis Apostolicis impetratis ad portum tranquillitatis adduci amore Dei, & justitiae humillime rogo. D. Deus Illustrissimam, & Reverendissimam Cels. V., cui me, officiaque mea studiosissime commendo, diutissime servet incolumem.

Pragae 12. Martii 1601.

EPISTOLA CXIII.

CAESARI CARD. BARONIO.

ARNOLDUS A WACHTENDONCK.

Quod eximiam ab acceptis epistolis consolationem perceperit, testatur; & gaudet quod sua Collectanea de Leodiensi Ecclesia laudaverit, & approbaverit, eademque judicio suo submittit, & patrocinio commendat.

Binas Illustrissimae, ac Reverendissimae D. V. litteras accepi plenas officii, & obsequiorum, easque tales, ut sive legam, sive relegam, saepius enim relegisse non satiat, destituar & sensu, & voce, si eandem Illustrissimam D. amplificare, & meam humilitatem deprimere pro suis cujusque meritis coner; quod ut serius rescripserim partim in causa fuit, partim etiam valetudo non satis firma, & aeris praeter morem frigidior intemperies. Gaudeo tali judice, aliquid inter mea Collectanea fuisse, quod Illustrissimae, & Reverendissimae D. place-

iet. Vereor, immo certus sum, posteriora non responsura prioribus, diu enim est, quod desii peregrinari, & quae in schediis adhuc servo fere incidunt in tempora, quibus fundationes nostrarum Ecclesiarum inchoantur, quae religiose a nobis tractantur propter metum perjurii, quo revelatores secretorum Ecclesiarum percelluntur, ut scrupulosiores interpretantur. An tales hujusmodi poenae subjiciantur, Illustrissimae, & Reverendissimae D. censuram expecto.

Valeat Illustrissima, & Reverendissima D. V. feliciter; & si quid potes adjuva, potes autem in iis, quibus egeo, plurimum. Mitto Illustrissimae, & Reverendissimae D. V. excerpta quaedam, quae ut eadem grato, uti solet, & aequo animo accipere dignetur, rogo. Nihil enim aliud, quod retribuam debeo.

Dat. Leodii 19. Martii 1601.

EPISTOLA CXIV.

CAESARI CARD. BARONIO

DANIEL RAYMUNDI.

Ut ei a Summo Pontifice aut electionem, aut confirmationem cujusdam Praebendae Cathedralis Ecclesiae S. Lamberti Leodiensis impetret, enixe petit, & supplicat, variasque affert rationes, quibus se frui dignitate jure, ac merito debere, disertim probat.

Cogit me praesens rerum mearum status ad Illustrissimae V. S. asylum recurrere; & licet nihil de eadem Illustrissima V. D. promeritus sim; benignitatem ejus attamen implorare non verebor, ut ex charitate mihi subveniat. Solet siquidem Capitulum Ecclesiae nostrae ex indulto Apostolico per fel. record. Summos Pontifices Eugenium IV., & Pium II. concesso, quasdam praebendas in Ecclesia nostra, quae nuncupantur S. Materni, in mensibus Apostolicae Sedi reservatis, conferre suis Cantoribus, & Servitoribus Chori, qui Caeremoniis in Cultu Divino observandis bene instructi, ac imbuti reperiuntur, ad perpetuam dictarum Sacrarum Caeremoniarum disciplinam conservandam.

Jam vero, vacante una de praedictis S. Materni praebendis,

dis, per obitum quondam Venerabilis Domini Reyneri Gilten, qui hoc Mense Martio e vivis decessit; praedicto Capitulo Ecclesiae nostrae placuit, de illa mihi hac ipsa die, qua praesentes scribo, vigore praefati Indulti providere; utpote qui jam a puero, & per triginta, ac plures annos jam non desii quotidie in Cantu, & aliis Chori officiis desudare, specialiter tamen per 18. jam continuos annos, in custodia horarum, ac caeremoniis chori dirigendis: dimissurus etiam ad dispositionem praedicti Capituli, pro uno alio ex meis conservitoribus eam, quam hactenus habui parvae mensae praebendam.

Et quoniam nonnulli beneficiorum Ecclesiasticorum venatores nostrates verisimiliter ignari hujusmodi nostri privilegii in Urbe, solent etiam interdum hujusmodi praebendas sic vacantes a Sua Sanctitate impetrare, nobisque lites, & processus injuste movere, ac tandem Crumenas nostras (si redimenda sit vera) emungere; quod & in praedicta mea parvae mensae durum mihi fuit experiri, veritus, ne in talem adhuc incidam calamitatem, sed potius mature huic malo remedium obviando adhibeam, Illustrissimam V. D. interpellandam, eidemque supplicandum duxi, ut hujus gratiae a Reverendis, & Generosis Dominis meis mihi sic concessae, vel confirmationem, vel novam Provisionem a SS. D. N. impetrare non dedignetur, vel saltem quovis alio omni meliori modo obviare, ut adversarium non habeam in Urbe. Siquidem nullum aliud jam sim habiturus beneficium praeter hoc, & unum rurale simplex, valoris solummodo 7., vel 8. Ducatorum sub invocatione S. Nicolai apud Parochialem de Modavia, quod semper hactenus possedi una cum priori mea praebenda. Quare etiam, atque etiam humilis, & supplex Illustrissimam V. D. deprecor, ut mihi in hac promotione (licet immerito) suis favore, & auxilio apud SS. D. N. adesse dignetur, rogaturo Dominum pro felicissimo Illustrissimae V. D. statu.

Raptim Leodio ex Claustrali loco D. Petri Apostoli die penultima Martii 1601.

Dabo operam, ut intra proximos 15. dies, vel tres septimanas habeat Illustrissima V. D. tertiam, quam promisi de S. Lamberto patrono nostro, historiam.

EPI.

EPISTOLA CXV.

CAESARI CARD. BARONIO
CORNELIUS SCHVLTINGE STEINWYCH.

Quosdam antiquitatum Ecclesiasticarum Thesauri tomos transmittit, & judicio submittit. Opus Calvinianae Haereseos confutationum quam primum in lucem edendum transmissurum promittit, rogatque, ut a S. Pontifice promissum jam multoties beneficium, veluti laborum praemium, impetrare non recuset.

THesaurum Antiquitatum Ecclesiasticarum grato, benevoloque animo suo accipiat, & pro humanitate innata judicet amanter, & benigne. Inserviet contra nostros in Germania haereticos. Praecipuus fructus V. Celsitudini debetur, mihi vero curae, & studio fuit, ut sumptibus propriis non parvis sedulo collecta, digesta, usibus nostri temporis per Scholia adjecta accommodata typis omnia mandarentur. Hinc habebit jam Celsitudo Vestra novam occasionem post veteres patronos me commendandi Sanctissimo Domino Nostro, ut tandem dignum consequar praemium laboribus, & lucubrationibus meis, toties eheu! injuste frustratus. Non male saltem me meritum de Romana Ecclesia, & Religione spero, cum ex Germanis nostris intra 20. annos nemo Sedem Apostolicam saepius iteratis vicibus dedicationibus, & inscriptionibus diversorum librorum honorarit, & solus jam existam, qui Coloniae praesertim se scribendo pro Religione, etiam propriis sumptibus, exerceat. Quantum Doctor frater periculosis Ecclesiae Coloniensis temporibus praestiterit, carmen Thesauro Antiquitatum praefixum vere obmutescentibus invidis testabitur. Quid intervenerit, aut inciderit, coniicere haud possum, quod longissimo tempore nullum ad diversas meas litteras responsum accipere potui. Cum Celsitudo Vestra distrahatur quotidie gravissimis Pontificis, & scriptionis negotiis, eadem justam causam habet, sed Joannes Baptista Hansonius in meis causis suspectissimus est, qui jam Coloniae in primam mihi vacaturam praeposituram inquisivit diu, & diligenter eam commissionem Domino Feyradt dedit. Nisi igitur negotium dederit alteri, ut

Suae

Suae Celſitudinis nomine reſpondeat, per eumdem D. Manſonium diffuetur, rumpeturque vinculum amicitiae noſtrae, ſpes mihi emergendi praemii non erit. Methodi, & ordinis defectum, quicumque is eſt, ſupplebunt duplices adjecti Indices, unus generalis, alii ſpeciales. De Scholiis marginalibus adjectis, totoque labore meo veſtrum accuratiſsimum expecto, & perhorreſco judicium. Poſthac colligam ex Octavo, Nono, & Decimo (ubi is prodierit) Tomis Theſaurum Antiquitatum, explorata veſtra cenſura, ſiquid videbitur emendandum, id corrigi, & praecaveri in ſequentibus tomis poterit. Quam Voſſio, quam Piſtorio Sua Sanctitas gratiam praeſtitit, mihi ſpero non negandam. Calumniae, aut injuriae Curialium, ſi quae contra me obiicientur, ut fieri ſolet inter Competitores, non movebunt valde V. Celſitudinem, utpote quae norit hoc antiquum eſſe ulcus Curialium contra litteratos in his partibus, & noſtratium iſtic contra noſtros, & quae maximis viris Nazianzeno, Baſilio, Hieronymo, Chryſoſtomo, Athanaſio in Tomo 4., & 5. Annalium ab aemulis accidiſſe copioſe tradit, ſi ſimilia mihi, licet cum tantis viris nullatenus comparando, eveniant, neutiquam ſummus Hiſtoricus mirabitur.

Non inſcripſi quidem Celſitudini Veſtrae has Antiquitates, ſed in Praefatione ad Reverendiſsimum Lotharium Archiepiſcopum Trevirenſem honorificam feci V. Celſitudinis mentionem. Cum meo magno ſumptu impreſsio fuerit procurata, neceſſario quaerendi fuerunt plures patroni in his partibus, qui ſumptus relevarent, ne oleum, & operam perderem, & labor foret in damno, creſceretque mortalis egeſtas. In quo etiam ipſos Magdeburgenſes Centuriatores ſum ſecutus. Eodem pene tempore, quo Sua Sanctitas ad Senatum Colonienſem ſcripſit de defenſione Religionis, ego eidem obtuli Bibliothecam meam Eccleſiaſticam (a), & promiſi, quod hoc anno adhuc eidem Senatui

(a) Ad quae igitur de Schultingio ad Epiſtolam LI. pag. 211. hujuſce tomi diximus haec ad penitiorem Viri docti notitiam addenda cenſemus. Praeter jam recenſita opera edidit Schultingius Bibliothecam Eccleſiaſticam, ſeu Commentaria ſacra de expoſitione, & illuſtratione Miſſalis, & Breviarii in IV. Tomos tributa. In admonitione ad Lectorem cauſſas reddit, quamobrem poſtremam manum, ut ajunt, iis Commentariis non impoſuerit. *Candidiſſime Lector*, ejus verba adſcribimus, *propter ſumptuum, & expenſarum magnitudinem, & patronorum, qui in ferendis ſumptibus typographicis me adjuvarent, defectum, ac typographorum ab hoc opere alieniores animos, cum ipſe tolerandis iis non eſſem par, ea, quae jam commemorabo, omittere coactus fui, quae tamen perfecta, & abſoluta erant*. Hoc opus ſane quam rarum, inventuque difficile eſt; exſtat tamen in Inſtructiſſima, eademque id genus [illegible], ſupra quam credi poteſt, refertiſſima Bibliotheca Ampliſs. Praeſulis Marii Mareſuſci Sac. Congreg. de Propaganda Fide a Secretis, cujus nos

tui offerre velim Confutationes totius haeresis Calvinianae Institutionum Joannis Calvini, quatuor libris comprehensae, quae oblatio mirum in modum Patronis placuit, & confirmavit eos magis in fide Catholica ad ejiciendos Calvinianos. Hae confutationes jam sub praelo sunt, quarum typum, & formam capitalem, ut gustum aliquem praebeam, jam transmitto, proximis nundinis Deo gratiam dante, ipsas confutationes ad V. Celsitudinem dirigam, ne desit major occasio commendationis apud SS. D. N. Nullus ante me Theologus hanc talem exorsus est, summi reformidarunt, solus Horantius nonnullas declamationes in pauca Calvini edidit. Quid varia lectione ego praestiterim, posteritas judicabit. Ancipitis fortunae aleam aggressus exposui me virulentissimorum Calvinistarum morsibus, cum quibus forsan occasione hujus scripti per omnem vitam mihi dimicandum erit. Vocant enim istas Institutiones everriculum Pontificiae Idolomaniae, & firmissimum, & irrefutabile fundamentum suae perfidiae, immo Alcoranum suum, & Thalmud. Subjeci paucis litteras Cardinalium Azzolini, & Peretti, ut SS. D. N. demonstrare, & ostendere possit, quae, & qualia, ac quoties a praecedentibus Pontificibus, & ex quibus caussis promissa sint, ut aemulis os obturetur. Litterae D. Minutii demonstrant summam auctoritatem fratris Doctoris Syndici Senatus Coloniensis ex testimonio ipsius Nuncii Pontificis Vercellensis, qui tempore defectionis Truchsesii, cum penes solum Senatum Coloniae conservatio, & defensio Religionis staret, fratre Syndico Senatus tanquam organo usus fuit, unde praeter mea scripta mihi ille favor Vercellensis fuit comparatus. Deus C.V. pro continuatione, & absolutione Annalium diutissime incolumem tueatur.

Dat. Coloniae ex Musaeo meo ad S. Andream. Anno Domini 1601. ipsis Kalendis Aprilis.

Ex litteris Cardinalis Azzolini nomine Pontificis ad me scriptis Anno 86. in Septembri per Reverendissimum Vercellensem transmissis.

Reverende Domine. Libros Hieronymianae Confessionis, quas D. V. ad SS. D. N. misit, accepit Sua Sanctitas. Et quanquam nondum legerit, tamen ex Reverendissimi Domini Episcopi Ver-

nos singularem Theologicarum rerum scientiam, absolutamque totius Ecclesiasticae antiquitatis comprehensionem, adhaec praeclaras animi dotes, ac Principe in Ecclesia Dei viro dignas virtutes, jejune quidem, si rem ipsam spectes, at satis pro hominis modestia prolixe, copioseque persequuti sumus Epistola, qua ipsi alterum horum Opusculorum Tomum post Clementem XIII. F. R. nuncupavimus. Tu eam vide pag. xiii.

Vercellensis testimoniis, quae doctrinae, ac pietatis D. V. dedit, nihil dubitat, quin opus & eruditum sit, & utile legentibus, de que eo Sanctitas Sua magnopere studium, ac diligentiam D. V. commendat. Si quid incidat, quod sibi tribui D. V. cupiat, de eo cum Reverendissimo Episcopo Vercellensi agat, ad quem ego ex SS. D. N. auctoritate scripsi, ut D. V. rationibus, rebusque studiose faveat.

Romae postridie Non. Septembris Anno 1586.

Extractum ex litteris Minutii de Minutiis ad D. Petrum Steinwichium Syndicum Coloniensem de resignanda Praepositura SS. Apostolorum in me.

Habebit frater tuus Praeposituram SS. Apostolorum iis conditionibus, quas Vercellensis aequas judicat, quibusque ego acquiescere possum. Eam gratiam habebitis in praesentia Illustrissimi Vercellensis, cujus etiam mandato haec debui facere, ut intelligas quanti ipse te faciat, tuamque auctoritatem, & merita; & ego quidem pro nostrae antiquae consuetudinis jure ejus consiliis assentior.

Datae Romae 12. Septembris Anni 1585.

In hac epistola Reverendissimo Vercellensi objecerunt eadem, quae hodie aemuli recoquunt, quasi primae electionis Truchsesianae frater Doctor fuisset adjutor, qui tamen Ecclesiasticus non fuit, nec ullum votum in electione habuit, omnia ista expunxit Vercellensis, redarguens Minutium, & confundens omnes aemulos, affirmans primo in electione Truchsesium fuisse catholicum, & optimos quosque viros fuisse cum Pontifice, & Caesare in ea electione deceptos, quod modernus quoque Nuncius Coriolanus libenter agnoscit.

Copia authentica litterarum, quas Illustrissimus Cardinalis Alexander Perettus ad Reverendissimum Archiepiscopum Trevirensem jussu Sixti V. dedit.

Illustrissime, ac Reverendissime Domine. Diligens Amplitudinis Tuae Illustrissimae commendatio, & testimonium de probitate, & doctrina Cornelii Schuitingii ita probatur SS. Rom. Pontifici, ut omnino statuerit illum ornare Praepositura Bonnensi, jusseritque mihi, ut Cardinali Cusentino Prodatario eam Sanctitatis Suae voluntatem motam, testatamque facerem, ne si Gaspari Gropperi Praepositi obitus inciderit, beneficium illud ulli alteri conferatur. Quod ego praestiti diligenter, ut servirem Amplitudini tuae, quae jam potest quieto animo esse, &

pro certo habere, Schultingium eo Sacerdotio, cum primum vacuum factum fuerit, auctum iri.

Datae Romae die 23. Aprilis Anno 88.

Ob hanc gratiam magnam persecutionem passus sum a Gropperis, & ipsis adhaerentibus, sed Deus statim & ipsum Petrum Gropperum, & alios praecipuos Adversarios ipsi adhaerentes e medio sustulit tantam injuriam, quam Deo conquestus eram, pro me vindicans.

EPISTOLA CXVI.

CAESARI CARD. BARONIO.

BONAVENTURA HAN.

Denuo de pensione obtenta gratias agit; deinceps ejus patrocinio, ac protectioni se commendat.

Dici vix potest, quantum me afflictissimum erexerit, cum hinc inde bonorum, praecipue vero Illustrissimae, ac Reverendissimae D. V. litteris ad me deferretur constans fama, SS. D. N. tandem justa commiseratione, & Caesareae etiam Majestatis iterato suffragio permotum, ibidem in publico Consistorio 24. Januarii in nova confirmatione Episcopi VVratislavien. mihi super fructibus Episcopatus ejusdem pensionem annuam trium millium coronatorum irrevocabiliter ad vitae meae tempora reservasse, & constituisse. Pro qua indulgentissimi Patris aequabilitate, & Illustrissimorum DD. S. R. E. Cardinalium propensissima voluntate, Deo O. M., Suae Sanctitati, Illustrissimae, & Reverendissimae D. V. immortales ago gratias, humillime petens speciali diplomate Suae Sanctitatis mihi desuper sufficienter caveri. Nec ulla metuenda sequela, vel aliquod praejudicium Ecclesiae, modo Domini confratres mei posthac jurium Ecclesiae, fideique suae defensionem, & integritatem privatis commodis, & affectibus praeposuerint.

Nec moveat rogo Illustrissimam, & Reverendissimam D.V., quod praetenditur, modernum Episcopum pro pensione partem bonorum, seu redditum Ecclesiae mihi assignaturum; vel quod Sac. Caes. Majestas me aliqua praelatura contentare posset, cum jam pridem erga Caes. Majestatem mentem meam sufficientibus, & justissimis adductis rationibus exposuerim, me a promissa pensio-

sionis conventione numquam recessurum, sed in hac mea vocatione sorte mea contentum permansurum, nullumque monasterium in pensionis praejudicium umquam suscepturum, quamvis proventibus etiam cum dicto Episcopatu conferri posse videretur.

Amore itaque Dei praepotentis iterum, atque iterum Illustrissimam, & Reverendissimam D.V. officiosissime rogo, ne mihi amplius contra S. D. N. justissimam declarationem difficultates fieri permittat, sed potius caussae meae, sicut constantissime fecit, etiam posthac patrocinium benigne suscipere, & efficere dignetur, quo non solum hujus conditionis ratione supradictae pensionis, verum etiam solutionis debitorum effectus, quam primum opera Illustrissimi, & Reverenssimi D. Card. a Ditrichstain Suae Sanctitatis nomine subsequatur. Deus O. M. Illustrissimam, & Reverendissimam D. V., cui me, meaque studia quam humillime commendo, Ecclesiae suae diutissime conservet incolumem.

Pragae 9. Aprilis 1601.

EPISTOLA CXVII.

CAESARI CARD. BARONIO
DANIEL RAIMVNDI.

De obtenta in Ecclesia S. Materni Praebenda gratias agit, animumque semper memorem pollicetur & monet quam primum tertiam partem S. Lamberti historiae Typis mandaturum esse.

QUod Illustrissima D. V. ad praebendam S. Materni, mihi nihil tale promerito, servitori mediastino, dignata est sese exhibere Maecenatem; & quidem tanto, qualem ex amici integerrimi mei, Reverendi D. Lamberti a Curia apud nos S. Pauli Canonici literis intellexi, fervore, etiam in magnorum, & potentum concursu. Ego quidem humiles quantas possum grates, apud me nunquam morituras, Deus autem Opt. Max. dignas referet. Confido interim, quod coeptam illius meae caussae tuitionem V. S. Illustrissima non deseret; sed suo patrocinio ad portum deducet. Utinam quandoque detur occasio, quae Domino meo, & defensori benignissimo Cardinali Baronio meam apud ipsum illi ministrandi intimam affectionem contestetur! Cui

me, & mea si non devoverem, hominis ingrati, nec vita digni notam merito incurrerem. Quod ne fiat, simulque pro Illustrissimae V. D. ad multos annos proroganda valetudine, ac felicitate omni Deum humiliter interpellare conabor.

Porro, Illustrissime Domine, interturbaverunt per aliquot septimanas studiola mea non sine gravissima mentis distractione necessarii apud diversos excursus in dictae praebendae negotio. Dabo operam, ut brevi promissis meis de tertia S. Patris nostri Lamberti historia satisfaciam. Retributor omnium bonorum Deus Gratiae Vestrae Illustrissimae pro me respondere dignetur.

Leodio ex Claustrali loco Apost. Principis 14. Cal. Jun. 1601.

EPISTOLA CXVIII.

CAESARI CARD. BARONIO

ABBAS S. VEDASTI.

Monet, cur tardius suas Epistolas acceperit, propriamque caussam commendat, & se ei in omnibus paratum, & addictum asserit & testatur.

SUB finem Mensis Junii ad me tandem pervenerunt Illustrissimae, & Reverendissimae Celsitudinis Vestrae litterae totis sex mensibus antea Romae datae. Credo quod D. Martinus Vandehaude Divi Gaugerici apud Cameracenses Canonicus, qui easdem per occasionem cuidam e nostris Confratribus reddidit, alibi vel morbo, vel alio justo impedimento interea temporis detentus fuerit. Operam, quam nobis paratam fuisse Illustrissima, & Reverendissima Celsitudo Vestra significat, si ea adhuc necessaria fuisset Actoribus nostris in negocio confirmationis (cum secundas nostras accepit literas) non parum doleo iisdem defuisse. Sed eandem interpellare cum alias noluerint, Dominus autem du Bliul, qui praecipuas partes agere videri volebat, non modo suo defuerit officio, sed etiam apud se retinuerit (quod a paucis mensibus rescivi) complures epistolas, & alia quaedam, quae oportuna judicaveramus promovendis rebus. Voluntatem tamen, & promptitudinem vehementer laudo, amplector, & ob easdem, quam possum maximas ago gratias. Sed res aequo fortassis fieri posset animo, nisi idem apud se detinuisset ex monaste-

sterii pecunia 450. aut circiter aureos, quos Actores nostri modo repetere coguntur ab ejus heredibus minimo cum fructu. Dolent summopere pii viri, quod hujusmodi homines impune versentur in Urbe, quae totius pietatis est Asylum, non tamen despondeo animum, quod sciam jus nobis non defuturum, si agatur ut oportet. Quamquam malim controversiam incidi etiam cum nonnullo detrimento, si ita opus est, quam diu prorogari vel majore cum fructu. In quo haud dubie Illustrissimae, & Reverendissimae Celsitudinis Vestrae auctoritas magnum pondus habitura est, si saltem verbulum ubi, & quando oportuerit, ea de re facere velit. Quod dolet jacturam ejusdem tractatuli, qui investigationem continet quatuor Monasteriorum primae notae, ut sarciatur, exemplar alterum hisce adjunxi, etsi tractatulus a me scriptus est jam a multo tempore, & in loco, ubi non suppetebat tanta librorum copia, quanta opus fuisset ad rem plenius perpendendam. Ex eo tempore si libri non sunt desiderati, defuit tamen otium. Optarim & in minimis, & in magnis eidem Illustrissimae Celsitudini Vestrae omni cum animi submissione parere, & obsequi. Cui Deum Opt. Max. in rem Ecclesiae suae diutissime propitium deprecor.

Atrebati pridie Calendas Sextiles 1601.

EPISTOLA CXIX.

CAESARI CARD. BARONIO

LEONARDVS COGNEAV AVGVSTINIANVS.

In memoriam revocat, quod Romae eum videre, suisque frui colloquiis aliquoties datum fuerit, & quod cum humanitate, & benevolentia acceptus fuerit, numquam obliturum profitetur. Monet se ab Hetruriae Archiducissa ad conscientiae scrutinia adscitum, & Nestoreos, pro bono Ecclesiae, annos auspicatur.

CUM jam pridem non modo Eminentissimae illae tuae virtutes toti Orbi *fama super aethera* notissimae, verum etiam tot, tantaque in Ecclesiam Dei merita, ac propterea labores pro publica hominum utilitate exantlati summam in me tui admirationem conciliassent, atque etiam, si fas mihi per tuam benigni-

ta-

tatem, amorem tacitus velut fraeno quodam verecundiae illa premebam, ut qui prospicerem mihi cum omnibus melioris notae hominibus esse communia: nec ea quidem humanitate, qua me Romae anno Sacro Jubilei cum te adii purpuram deosculaturus, & a Magna Hetruriae Ducissa, quae me ad conscientiae scrutinia adscivit salutaturus, adduci poteram, ut me penitius in familiaritatem tuam insinuarem, quod potissimum timerem, ne id ambitioni, aut temeritati, quam utramque procul a me esse velim, ascriberetur: tum vero cum ad doctrinae, & sanctitatis famam raro quodam miraculo in te par fortunae splendor accedat, facile judicare est, quanta mole ejusmodi commendationum oneretur verius, quam honoretur. Verum ut obrepere magnatum amicitiis indecorum est, ita etiam deesse incivile. Hansenius Illmae Dominationis Tuae carissimus nomine probitatis, & doctrinae mihi etiam antea notissimus, qui Florentiae summo in me favore, & quo certe nullum ab eo majorem optare poteram, ad me divertit, iter reclusit, quo devotionis, & observantiae meae erga te grave pondus patefacerem, quam etsi non iis quibus vellem argumentis, possim facere testatam, ego enim homuncio quibus tantum Principem obsequiis prosequi possim? quod mihi unum reliquum est, precibus apud Altissimum contendam, si quid tamen infirmi peccatoris apud misericordem Dominum preces valeant, ut te sacrae Ecclesiae Romanae, in qua instar lucidissimi astri resplendes, & generi humano, cui velut Deus aliquis, utpote in quod tot, tantasque confers utilitates, & commoda, a summo illo moderatore datus es, diutius servet incolumem, Vale, Illustrissime Praesul, & me in tuis habe, meipsum enim, & quidquid in me est, tibi consecratum puta.

Dat. Florentiae 6. Non. Novembr. 1601.

EPI-

EPISTOLA CXX.

CAESARI CARD. BARONIO

HENRICVS IV. GALLIARVM REX.

Pro ejus cliente commendationem ad effectum ducere promittit, ut sui se semper memorem agnoscere valeat.

MON cousin, J'ay reçeu les lettres, que vous m'avez escriptes du vingtsix du mois passé, en faveur de Teboul, le quel m'ètant recommandè de vostre part, je feray bien ayse en vostre considération particuliere, de luy faire du bien aux occasions qui se présenteront, ainsy que j'ay commandé au Sr. De Bethune mon Ambassadeur de vous le faire plus amplement entendre: priant Dieu, mon cousin, qu'il vous ayt en sa sainćte garde.

Escrit de Paris le 24. de Décembre 1501.

EPISTOLA CXXI.

CAESARI CARD. BARONIO

BERNARDVS MACXZIEIOWSKI EPISCOPVS CRACOVIENSIS.

Rogat, ut Canonicatus a quodam Abbate retentus ad S. Pontificis beneplacitum, ab eodem Doctori Theologo conferatur, Ecclesiae suae valde necessario.

SUpplicaveram ante aliquot menses SS. D. N. pro Canonicatu Cracoviensi, quem Reverendissimus D. Abbas Andreoviensis Camerarius olim Sanctitatis Suae reservari sibi pro uno anno a die adeptae possessionis dictae Abbatiae obtinuerat; ut eumdem Lucae Doctorio viro idoneo, & qualem haec praebenda requirit Theologo, mihique ob intimam a multis jam annis familiaritatem charissimo, ac de Sancta Apostolica Sede deducendis hinc nuper ad Urbem Ruthenis Episcopis utcumque merito, conferri Sua Sanctitas permitteret. Sed & ipse D. Abbas non adactus illa importunitate mea, ut fortasse illic suspicantur, sed ultro ac libere, postquam initio Episcopatus hujus mei, nihil ea de re cogi-

cogitanti mihi, saepius id per litteras obtulisset, reversus ab Urbe mandatum hinc resignationis in favorem ejusdem Doctorii duplicatum ad Curiam misit. Porro Sanctitas Sua elapsa jam licet annali reservatione, retinere eundem D. Abbatem dictum Canonicatum etiam ulterius ad beneplacitum suum jussit, quemadmodum hic ipse D. Abbas refert; nullas tamen litteras super ea re expeditas in Visitatione Cathedralis instituta nunc a me ostendere potuit. Percuperem proinde & ego, si vel res ejus ita postularent, vel rationes Ecclesiae meae paterentur, & si postquam res haec ad omnium pervenit notitiam, non cum existimatione fortasse mea, Canonicatum hunc ab eodem D. Abbate retineri. Scio enim quid gratiae Sanctitatis Suae, scio, & ipse expertus est, quid amori in illum meo perpetuo, ac veteri debeam. Sed ut verum ingenue fatear, neque ipse necessitatem retinendi Canonicatus ullam habet, imo majorem hoc nomine comparat hic sibi invidiam, neque id permittit Ecclesiae meae necessitas praesens. Ex duobus enim Theologis, quos solos praebendatos Capitulum hoc habet, alter ob affectam & gravem aetatem inutilis est omnino, alterius autem locum D. Abbas, qui non est Theologus, occupat. Mihi vero interim laborare serio pro Ecclesia volenti quam opus est assidui, docti, & ante omnia fidi Theologi consilio, & conjuncta cum auctoritate opera, cogitare pro sua prudentia Illustrissima, & Reverendissima D. V. potest. Quae cum ita sint rogo Illustrissimam, & Reverendissimam D. V. efficiat gratia, & auctoritate sua apud Sanctissimum, ut praedicto Doctorio Canonicatum hunc conferri patiatur: habeatque pro persuaso Sanctitas Sua, nihil me in hac parte praetendere pro candore meo, nisi merum bonum, & commodum Ecclesiae hujus. Quam proinde, si id effecerit, magno beneficio afficiet Illustrissima, & Reverendissimam D.V., me autem obligatissimum semper habebit hoc nomine. Deus Opt. Max. Illustrissimam D. V. diutissimam, ac felicissimam servet, omniaque ei prospera largiatur.

Dat. Cracoviae die 9. Martii Martii 1602.

EPI-

EPISTOLA CXXII.

CAESARI CARD. BARONIO
IOHANNES PETRVS PARAVICINVS.

De suae renascentis Ecclesiae statu, & augumento certiorem facit; rogatque, ut suis precibus apud Deum juvare dignetur.

PAX Christi. V. S. Illustrissima resterà servita a non rispondermi. Manderò persona per sapere a bocca il seguito. Poichè la patronanza, e santo zelo di V.S. Illustrissima mi fece partir di costì, & accettar questa gran carica, o per dir meglio croce di questa Chiesa Collegiata, e Matrice di un contado popolatissimo, e grande, non senza mia gran repugnanza, sì perchè conoscevo la mia total insufficienza, *& quod vincula, & tribulationes hic me manerent*, le quali sono state tali, che dovevo morire; se bene giovami credere, che non ne sii stato degno. Nulladimeno n'ho sempre ringraziato S. D. M., sì perchè son stato degno di patir per suo amore, come per essersi verificate le predittioni (per dir così), & grandissime promesse fattemi da V.S. Illustrissima. Mi predisse più volte incredibil frutto, & acquisto delle anime, & voleva, che Iddio benedetto ab aeterno mi havesse predestinato per questa gran messe, e mi promise ogni suo ajuto possibile, & così l'ha atteso molto bene nel favorirmi efficacemente coll'Illustrissimo Sig. Card. Boromeo (affetionatissimo di queste parti) per il Collegio Helvetico, dove ho posto alcuni Alunni, & tutti riescono di bonissima espettazione, & uno studia filosofia, del che ne sii perpetua gloria a Iddio, & alle Signorie VV. Illustrisime. Tra li altri utilissimi mezzi ispiratimi da N. Signore nel principio di questa importantissima carica mia, fù il purgare, & sradicar da queste parti, fatte recettacolo d'intrusi, Scommunicati, Apostati, Curati mercenarii, e non pastori, anzi lupi, e proveder, che nell'avvenire vi fossero de proprj Sacerdoti. Onde io mi diedi tutto all'educatione de figliuoli, e gioventù virtuosa. Così si sono instituite tre Congregationi spirituali per la frequenza de SS. Sagramenti ogni mese, ed altri esercizj spirituali per tutte le feste, oltre altri esercizj

zj per gl'Uomini, & Donne. Evvi la ſcola della Dottrina Chriſtiana, che rieſce ſempre più numeroſa, e fruttuoſa, & un altra per le lettere per i poveri, e quelli che ſono, & voglio-no eſſer Chierici, i quali gratis s'ammaeſtrano, & ſe le da car-ta, libri &c. Onde par, che ſii quì, come un Seminario, ſe ben ſono povero, & poco atto ad ogni coſa.

Et perchè in Como ſotto Gregorio XIII. fel. mem. l'Illu-ſtriſſimo Signor Cardinale di Como ereſſe il Collegio Gallio per li poveri figliuoli, ove queſto Contado per la Bolla dell'eret-tione partecipa con proportione de lochi di detto ſuo Colle-gio, (de quali neſſuno mai ſe n'è havuto,) hò tentato varie volte, ma indarno (perchè era pieno) di porvi alcuno di que-ſti Chierici. Finalmente hò havuto boniſſima intentione dal Sig. Conte Gallio Tolomeo, che come nipote di detto Illuſtriſſimo Signor Cardinale n'hà qui il governo: ſiccome diffuſamente contiene l'accluſo memoriale; e per maggior inſtruitione di V.S. Illuſtriſſima la ſupplico darle un occhiata, & per non tener alcu-na forte di ſervitù, ricorro a V.S. Illuſtriſſima, come gran Me-cenate, e Padre di queſta mia nova figliolanza Eccleſiaſtica, e gioventù Chiavenaſca (la quale, permettendolo così N. Signo-re per i noſtri peccati, fin hora *non habuit hominem*; perciò è ſtata ocioſa), affinchè ſii accettata in queſto Collegio; ſicco-me anco per V.S. Illuſtriſſima è ſtata accettata nel Collegio Hel-vetico, dove attende alla grammatica, rettorica, filoſofia, & teologia; perciò di maggior importanza, che non è queſto di Como, dove s'attende ſolamente alla grammatica, & rettori-ca. Et per hora V.S. Illuſtriſſima reſti ſervita d'ottenere almeno il primo locho in queſta renovatione de ſtudj per un buon figliolo, & ſpiritoſo; mà sì povero, che già da un pezzo io li dò il vitto, e tavola mia propria, & l'hò tenuto io a Creſima, & per la moltitudine de Scholari, & dell'occupationi non ſe le può attender, come biſognarebbe, onde perde tempo.

Et dopoi che V.S. Illuſtriſſima per l'ultima ſua brama ſa-pere lo ſtato mio, & della mia carica dell'anime; ringrazio N. Signore nel moſtrar la ſua onnipotentia, & miſericordia qui con noi tutti, nel darmi contro al comune credere ſanità (per eſ-ſer di natura debole, pochiſſimo atto al governo di me, non che di una Chieſa sì grande, & di tante altre) & forſe per il ſuo ſanto ſervizio, & non biſogna pur penſar a ripoſo, & ri-creatione, ſe non a quello, *quod eſt in labore requies*, *in aeſtu*

tem-

temperies. Vi è il choro, confeſſioni, il pulpito, dottrina Chriſtiana, ſchole, o ſino Congregazioni, audienze de Sacerdoti Curati, de peregrini, d'offitiali de Chieſe curate. E'ſtato detto il vero a V.S. Illuſtriſſima (& ella hà ragione: *quoniam bonorum operum glorioſus eſt fructus*) che ſe van reducendo dell' anime al grembo di S. Chieſa, & noi non ne perdiamo, & che anco notabilmente creſce la divotione, il numero delle Chieſe (ſei ne ſon fatte di nuovo, alcune altre renovate, & reſtaurate, che erano prima vecchie) la politia, la ſuppellettile ſacra; creſce il concorſo alle Chieſe, divini officj, alle proceſſioni, la frequenza a Santi Sacramenti, l'oſſervanza delle feſte. Nella Chieſa Matrice predico tutte le feſte, oltre la lettione, che ſi fà la Domenica doppo pranzo. Monſignor Reverendiſſimo Archinto a guiſa di buon Veſcovo invigila del continuo, & non obſtante mille difficultà, non ſe tollera Curato ſoſpettoſo, non che ſcandaloſo. L'introduttione de molti, & varj (ma buoni, & ſcelti) libri ſpirituali, & la lettione continua, appreſſo la diſtributione di corone, medaglie, Agnus Dei, imagini rieſce fruttuoſiſſima, l'oratione introdotta d'ogni ſera và avanti, e particolarmente l'Ave Maria per i morti mezz'ora in circa dopo l'altra: & ſe bene è riferito a V.S. Illuſtriſſima, che l'adverſarj mi chiamano innovatore, & m'habbino in grandiſſimo odio (conforme al detto di Chriſto S.N., *& eritis odio*), perciò m'habbi cura, non dubiti, purchè i miei Signori Illuſtriſſimi, & Signor Commiſſario, (che è galant'huomo) permettano la libertà delle 2. Religioni: *& ſi Deus pro nobis, quis contra nos?* Mi rincreſce non haver il modo di mantener un Confeſſore permanente, nè ſtraordinario, perchè ſi farebbe incredibil frutto: per queſto mancamento non tutti hanno potuto ricever il S. Giubileo: perchè *meſſis eſt multa, operarii autem pauci*; & ancor che appreſſo le poche entrate Eccleſiaſtiche mie vi ſpenda del patrimonio, tutta via non ſi può ſupplire al tutto, havendo io del continuo non una, ma mill'occaſioni a teſoreggiar in Cielo. Et qui con far humiliſſima riverenza a V. S. Illuſtriſſima, & raccomandarmi con queſte mie Chieſe, & particularmente piante novelle alla ſua continua protettione, & memoria delli SS. Sacrificj, le prego del continuo maggior grazia, & forza di ſoſtentar, come ſoſtenta per la ſua parte, la S. Chieſa Cattolica.

Di Chiavenna 26. Settembre 1605. secondo il Calendario vecchio non reformato.

EPISTOLA CXXIII.

CAESARI CARD. BARONIO

FR. ARCHANGELVS GIANIVS FLORENTINVS SERVITA.

Totius sui ordinis nomine eum ardentissime rogat, ut in Annalibus ad annum 1233. Servitarum B. M. Virginis nuncupatae Religionis mentionem facere dignetur: qua de causa quaedam innuit documenta.

LA nostra Religione, & Ordine de Servi di Maria desidera grandemente, siccome io per ordine de nostri Superiori, & Fratelli vengo a supplicarla, di essere honorata ne suoi Annali Ecclesiastici per l'anno 1233., che corse in questa Città di Fiorenza la sua fondazione per sette nobili Cittadini di questa Republica; e Alessandro IV. la venne a confermare co' seguenti Pontefici fino al Concilio di Lione sotto Gregorio X., nel qual tempo fino a Benedetto XI. se bene ella ritrovò qualchè durezza ne Successori per le difficoltà mosse in quel Concilio de troppi Religiosi, tuttavia ella con Bolla amplissima, & dichiaratoria del tutto venne approvata dal detto Benedetto XI., conseguentemente da molti altri fino a Innocenzo VIII., che la dotò di tutti quei privilegj, che sono communi agl'altri Ordini mendicanti, finchè Pio V. più espressamente a essi Ordini la dichiarò aggregata, anzi essere uno degli stessi Ordini mendicanti *(a)*.

Io più anni fà, presentai un mio Trattato a V. S. Illustrissima intitolato: *Vera Origine dell'Ordine de Servi*, nel quale quando ella voglia meglio assicurar la verità di questo fatto, potrà farvi dare una trascorsa dal primo al settimo capitolo, dove non solo troverà esser fatto con buoni riscontri vero, quanto in questa le rappresento, ma di più confutarvisi varie opinioni di altri autori, che con poco fondamento ne trattarono tempi addietro. Questo libro V. S. Illustrissima benignamente ha ricevuto per mia mano, con molta diligenza il contrasegnò dell'anno 1233., riponendolo me presente al suo luogo nel

nel ſuo ſtudio, con animo, come mi diſſe allora, di ricordarſene al debito tempo. L'anno paſſato ſimilmente le fù di mio ordine preſentata l'iſtoria del B. Filippo Benizi noſtro Fiorentino di queſto medeſimo Ordine, da molti vanamente riputato per Fondatore de Servi, poichè egli ne fù il V. Generale. Da queſta iſtoria potrà V. S. Illuſtriſſima veder in una ſola occhiata al 2. Capitolo del libro I. la ſincera verità di quanto le ſcrivo; e non ſarà ſe non riputazione de ſuoi Annali, che una volta reſti perpetuamente chiarita, e ſtabilita queſta verità, da diverſi autori variamente, e fuori del dovere riportata; e tutta queſta Religione molto divota a V. S. Illuſtriſſima, e Reverendiſſima reſterà perpetuamente obligatale di tal favore; ſiccome io a nome ſuo humilmente facendole riverenza le prego da Noſtro Signore Dio, e della B. Vergine noſtra Avvocata, & Padrona il compimento di ogni ſuo ſanto deſiderio per eſaltazione di S. Chieſa, & ſpecial ſalvezza dell' anima ſua.

Di Firenze gli 13. Ottobre *1605.*

(a) Florentiae exordium habuit Ordo Servorum B. Mariae Virginis die Aſſumptae Deiparae ſacra anno 1233. ſeptem viris nobilibus, quorum primus erat Bonſilius de Monaldis, caeleſti conſilio in ſanctae illius Congregationis inſtitutionem conſpirantibus. Regulam S. Auguſtini cum nigra veſte ab Epiſcopo Florentino ſuſceperunt. Ordinem approbavit Alexander IV., eumdemque Benedictus XI. confirmavit. Venerabile templum ſub Annuntiatae Virginis memoria Deo ſacrum anno 1250. extrui coeptum eſt. Cujus Imago Myſterii ibidem frequentibus fidelium votis, & miraculis celebris evaſit. Hunc Ordinem anno 1253. ingreſſus eſt S. Philippus Benitius, anno 1267. in Generalem aſſumptus maximo cum S. Sodalitii fructu, & commodo. Obiit idem S. Philippus anno 1285. die 22. Auguſti, quo ejus memoria colitur. De hoc Ordine lectorem plura docebunt Michael Pocclantius in Chronico, & Archangelus Gianius in Annalibus. Ejuſdem nominis Congregatio Maſſiliae anno 1257. inſtituta eſt in Coenobio S. Mariae de Areno, cujus Fratribus regulam S. Auguſtini tradidit Benedictus Maſſilienſis Epiſcopus. Illam Clemens IV. confirmavit anno 1266.

EPISTOLA CXXIV.

CAESARI CARD. BARONIO NICOLAVS FABER.

Monet, quod valetudo in causa fuerit, quin non citius scripserit. Perveterem mittit Librum, in quo ad Siciliae regnum pertinentia tractantur, simul cum vetusto Codice M. S. Libri quarti Esdrae. De quibusdam historiae punctis disserit, loquiturque de Annalium versione in idiomate Gallico, & duos ei commendat amicos, sibi necessitudine conjunctos.

QUod tandiu post acceptum gratissimum Amplitudinis tuae munus, Cardinalis Illustrissime, atque doctissime, undecimum videlicet Annalem tuum nullo priorum eruditionis reconditae varietate, vel accurata diligentia inferiorem, ut quantum aetas de corporis tui viribus deterat, tantum ingenio ipsa addere videatur; quod inquam hucusque nihil litterarum acceperis a me, non pigritiae vel officii mei oblivioni, sed soli temporum conditioni, morboque difficili ac diuturno, quae desiderium meum retardarunt, adscribi velim. Nam cum illum faecundissimi ingenii tui foetum evolvens incidissem invalidissimam Siciliensis monarchiae expugnationem, subiit statim animum, ante viginti annos in manus meas devenisse grande instrumentorum ad varia S. R. E. jura spectantium volumen, cujus prior pars tota de utraque Sicilia agebat. Id autem cum inter schedia, ubi neglectum jacebat, reperissem, deprehendissemque multa in eo contineri, quorum mentionem non fecisses, continuo de ipso ad te mittendo cogitavi, nec deerat, ut mihi videbatur commoditas. Tum enim Illustrissimus D. Alincurius a Rege Christianissimo ad piae recordationis Summum Pontificem Clementem VIII. Orator delegatus itineri se accingebat, cum quo nobilis adolescens dictus Dominus du Bourg filius Illustrissimi D. de Belim equitis Torquati, & excellentissimi, generosissimique Principis Condaei, cui sum a studiis, gubernatoris profecturus sola nominis tui, virtutisque eximiae claritate accensus, nec enim ullis litteris imbutus est, me

me rogarat, ut si quid ad te perferendum haberem, id suae fidei committerem. Verum non solum eorum iter inopina mors, ac praeceps duorum Summorum Pontificum distulit, sed etiam molesta febris ne iis discedentibus scriberem, impedivit. Misi igitur, quod solum potui, praedicti voluminis eam partem, quae usui esse poterat, quam ab ipso D. du Bourg amplitudini tuae traditam mihi persuadeo. Quamvis autem verear, ne ista quaestio plus tibi molestiae, atque invidiae allatura sit, quam Sacrae Sedi utilitatis; in eo tamen sicut in ceteris te diligentissimi historici, verique indagatoris acerrimi, ac assertoris officio perfunctum esse non solum conscientia juvabit, sed etiam apud optimos rerum aestimatores omnibus saeculis laudem inveniet. *Habet hoc magna fortuna*, inquit ille, *quod nihil tectum, nihil occultum esse patitur*. Ad nos usque pervenit, quanta excelsi animi, atque invicti magnitudine obtrectatorum de ea quaestione calumnias coram frequentissimo Purpuratorum Senatu sustinueris, & velut farfari folia dissipaveris. In qua qui dicunt se magis offendi asperitate verborum, quam sibi fingunt, quam rei argumento, nae si verum fateri velint, asperiorem veritatis mordacitatem sentiunt. Eadem illa fama ad nos detulit, qua animi moderatione in duorum RR. Pontificum electionibus te gesseris, in quibus quantum alii, ut ad eam dignitatem proveherentur, laborabant, tantum ipse ne assumerere timuisti, & cum omnium bonorum suffragiis delata esset, non solum eam recusasti, sed etiam ne tam eximia moderatio Ecclesiae malo cederet, ut ab ea vir mali nominis, & ominis repelleretur tua intercessione fecisti. Et sane ut de tam praeclaro, nec hujus saeculi facinore non quod ei debetur, sed quod aures tuae ferre possunt obiter dicam, si Virginii Rufi, *qui pulso Vindice quondam Imperium asseruit non sibi, sed patriae*, factum immortali memoria dignum judicatum est, quid de isto censendum, quo non imperium Romanum militum aliquot sanguine vili comparatum, sed Christi regnum ejus pretiosissimo sanguine partum ab homine tantae dignitati impari, ut ne quid gravius dicam, non tibi, sed ipsi Ecclesiae asseruisti? Effecisti, ne illa vox Toxicum ingressum esse in Ecclesiam, quam quondam auditam ferunt meliore jure, nostris temporibus audiretur. Macte esto his heroicis virtutibus, generosissime Cardinalis, Deusque indefessus Ecclesiae suae protector, quod, ut ambitiosorum suffragia a te averteres conventus es, te ad centesimum

simum

timum usque vitae annum perventurum rato omine Christianae Religionis bono praestet, ac efficiat. Atque haec virtutum tuarum admiratio a me expressit; ad rem redeo. His litteris adjunxi exemplar donationis cujusdam Othonis III. Silvestro II. factae, vel potius Ecclesiae Romanae ex posteriori parte ejusdem voluminis, de quo supra transcriptum, atque etiam duorum capitum priorum libri IV. Esdrae ex MS. Codice non ad modum vetusto ab editis valde recedentium. Utrumque fortasse subleſtae fidei; Othonis tamen donationem ea ratione misi, quod sciam ipsam in haereticorum manus incidisse, qui eam typis mandaturi sunt, qua vulgarem Constantini Magni donationem, cujus artificem in hac Othonis donatione nominari sibi persuadent, exagitent. Duo autem illa capita, quod illam varietatem libri, licet apocryphi, antiquissimi tamen, & cujus auctoritate maximi viri Clemens Alexandrinus, & B. Ambrosius non defugerunt doctissimis illis viris, qui elegantissimis utriusque linguae Bibliorum editionibus praefuerunt non ingratam fore existimaverim, & in eo utilem, quod ex isto fragmento quaedam in editis emendanda percepturi sint. Molestus esse tibi desino, Cardinalis humanissime, si de venerando S. Theologiae doctore Philippo Bello, qui eruditissimos tuos Annales in linguam Gallicam vertendos suscepit, de quo ante aliquot menses ad me scripsisti, rationem reddidero. Is antea mihi plane incognitus fuit; non enim Lutetiae habitat, sed in municipio quodam ab Urbe XII. miliaribus dissito, in quo pastorem agit. Ut primum litteras tuas de eo accepi, a praecipuis ejus Sacrae facultatis viris didici, ipsum esse virum doctum pariter, atque pium, & inter primos sui Ordinis haberi, versatum etiam in vertendis ex latina lingua in nostram libris, ex iis, quos antea vertit, atque emisit in lucem, fidem fecerunt. Abhinc mense uno primum volumen tuorum Annalium versum, atque in mundum redactum ad me misit. Vidi, legi, & cum latino contuli. Rectum mihi opus visum est; sententiam tuam ubique optime assequitur, & sequitur, ubique vestigiis tuis insistit, nullibi ordinem turbat, quaedam contrahit, pauca omittit. Sed ubique constante tua sententia. Quae ipse ex te in prima persona dicis, ut cum lectorem alicujus rei notandae admones, aut inter sententias dissidentes tuam interponis, in tertia persona ea vertit, sed ita ut a sensu tuo non recedat, & adhibito semper honorifico, tuaeque dignitati conveniente elogio. Dictio-

ctione utitur plana, & facili, non fucata, aut contorta, sed simplici, & recta, quae Ecclesiasticam historiam deceat. Si reliqua tui eximii operis eadem fide religione, ac judicio verterit, rem nostris Gallis utilissimam, & tuo nomini, sibique honorificam faciet. Is, a quo hanc epistolam accipis praedicti Belli frater est, iisdemque, quibus frater studiis deditus; hunc Romam traxit sui cujusdam negotii necessitas, cui conficiendo tua auctoritate, & gratia opus est. Ut hunc in aequa sua petitione pro tua consueta humanitate, atque non vulgari benevolentia vel in obvios juves, etiam, atque etiam rogo; ita enim studium fratris in labore Ecclesiae utili, tibique glorioso accendes. Nec solum hunc tuae benignitati commendatum velim, sed etiam nostrum Puteanum, jam veterem tuum clientem, & nobilem adolescentem D. du Bourg, quibus tuum favorem impartiendo me magis magisque debitorem, quamvis non magis addictum tuo servitio efficies. Vale, Maxime Cardinalis, atque Optime.

Ex Fossatensi Castello Cal. Novembris 1605.

EPISTOLA CXXV.

CAESARI CARD. BARONIO

PETRVS DE VILLARS ARCHIEPISCOPVS VIENNENSIS.

Quemdam Priorem Caelestinum Romam proficiscentem negotiorum caussa sui Ordinis, quamplurimum commendat.

FRostra Illustrissimae D. V. latorem praesentium R. P. Priorem Caelestinorum Lugdunen. per chartam, & atramentum solum esse cupio commendatum: quod probe sciam, vestram erga me, licet immeritum, tantam extare benevolentiam, ut etiamsi nullas meas ad vos perferret litteras, vel ob meum nomen, quod procul dubio apud vos est commemoraturus, jucundissime sit a vobis suscipiendus, & efficacissime juvandus. At animi mei aestus, & hominis, quem impense amo, profectio, has mihi aegrotanti extorsere litterulas, quibus in primis Illustrissimam D. V. salvere jubeo, & valere vehementer opto; Tabellarium vero postea, & totam caussam, ob quam Romam pergit, totis visceribus tutelae, & praesidio

D. V. Illustrissimae committo, quia vir bonus est, ac eruditus, caussae Dei propugnator, & quod apud vos pondus adjecturum certo confido, nostri P. Joannis a Bosco Caelestini, qui vestra deflagrat observantia, in religione superior, & in benevolentia cunctis prior. Agetis, agetis haud dubium, Maxime Cardinalis, ut ad nos rediens referat, se vestra gratia, & protectione contra omnia tela nostri ergo opportune fuisse clypeatum, & mea interventione Caelestinam Gallicam Congregationem a S. R. E. adornatam. Obsecro tandem, ut juxta certos articulos mea manu subscriptos, quos Illustrissimae D. V. offeret dictus P. Prior, vestra sollicitatione, & studio S. D. N. statuere dignetur: id enim omnino dictae Congregationi necessarium est.

Lugduno quarto Id. Novembris 1605.

EPISTOLA CXXVI.

CAESARI CARD. BARONIO.

IO. ANDREAS PROHNICIVS.

Quod nepotem praesentia sua honore affecerit in philosophicis thesibus ab eodem publice habitis, gratias plurimas agit.

NEpotem ex fratre meum in Seminario Romano degentem, postquam studium absolvisset philosophicum, more in Scholis recepto, sive etiam laureae, & laudis amore, scientiae illius Conclusiones publice defendisse, atque ad eum actum cohonestandum Illustrissimam quoque, ac Reverendissimam D. V. intervenisse, significatum est mihi a meis proxime. Si ille vel conceptae aliorum de se expectationi responderit, vel absolverit adamussim, quae se praestiturum receperat, ipse viderit. Ego tantam Illustrissimae, ac Reverendissimae D. V. in eum, immeritum licet, gratiam, ne dicam summissionem animi quandam miratus, non potui, non statim hisce aliquot verbis debitas, vel saltem quantas possum maximas agere gratias. Illustrissimus ne Dominus meus, qui non ita pridem ob insignem pietatem, ob heroicas virtutes, ob raram eruditionem regimini naviculae Petri destinabatur, tantopere demittere voluit, ut adolescentis exteri, & pelagus hoc studiorum nunc primum ingressi,

greffi, publico huic actui favere ftuduerit? Magnus profecto in literas, & literatos amor, & quo illas ornari, hos vehementer excitari neceffum eft. At magna itidem apud me animi tanti viri moderatio plane Chriftiana, & tanto Praelato digniffima. Praedicabitur haec a me ubivis locorum, aeque ad tanto majorem laudem fuam, atque ad exemplar, & imitationem aliorum. Utinam officiis quoque meis compenfari aliquando vel in parte poffit! Quod & voveo ex animo, ac me, meaque haec eadem officia in gratiam ejufdem per quam commendata effe cupio.

Neapoli die 4. Januarii 1606. Cujus novi anni initium felix, ac fauftum effe pro D. V. Illuftriffima velit fummus ille rerum opifex, & plurimos fubfequentes alios.

EPISTOLA CXXVII.

CAESARI CARD. BARONIO

D. F. A. BOSCO CAELESTINUS.

Rogat, ut Florentino Archiepifcopo fui amantiffimo ea omnia communicare velit, quae de Regno utriufque Siciliae, nec non de Statibus Venetis confcripfit, loquiturque de quodam Breve Apoftolico pro monafterio S. Gregorii a S. Pontifice obtentinendo, & in clientum numero confervari poftulat.

EX occafione falutationis Illuftriffimi, ac Reverendiffimi D. Archiepifcopi Florentini, (a) quem mei amantiffimum tranfeundo invifi, has ad Illuftriffimam D. V. do breves litteras, quibus indico dictum Illuftriffimum Archiepifcopum veftri nominis ftudiofiffimum plurimos mecum habuiffe fermones de veftris operibus, pluraque fcrutatum folerter fuiffe de veftra vivendi ratione, quibus non minimum vifus eft oblectari. Cuperet vero ille ea, quae de Siculo regno fcripfifti omnia videre, &

(a) Fuit hic Alexander Martius Medices Vincentii filius, Mediceo Alexandro fucceffit, cum ex Fefulano Epifcopatu ad Florentinam Sedem fuiffet affumptus anno 1605. die 27. menfis Julii. Hetrufcorum Principum gratia floruit, & ab iis impenfe dilectus. Vigintiquinque annis fibi creditam rexit Ecclefiam, multifque fynodis coactis cum laude clericales mores reddidit defaecatiores: eruditione, doctrinaque maxime claruit, ubique & femper omnibus carus ob praecipuum pietatis cultum, ftudiumque divinarum rerum. Deceffit autem anno 1630 idibus Augufti. Eoque tempore, quo contagiofa lues Florentiae coeperat debaccari.

legere, uti ego summopere desiderarem cuncta, quae de Venetis elucubrasti intueri. Si ergo vacat, & Bononiam ea mittes pro tua humanitate, & ea Romam postquam legero pro mea in te observantia, & fide remittam. Reminisceris porro Brevis Apostolici ob S. Gregorium, mihique indicari curabis, quid exinde responsi a SS. D. N. tuleris, meque te uti Patrem amantissimum, atque Protectorem potentissimum colentem ipse, ut soles, orationibus, & benevolentia excoles.

Florentia 10. Idus Junii 1606.

EPISTOLA CXXVIII.

CAESARI CARD. BARONIO

R. VISEUR THEOLOGUS PARISIENSIS.

Laudat summopere adnotationes in Martyrologium Romanum, Annalesque Ecclesiasticos, qui Galliarum universarum ei amorem, & existimationem conciliarunt. Mittit commentarium de vita, & de Reliquiis S. Joannis Baptistae, quod judicio submittit, rogatque, ut de eo opere sententiam proferre non dedignetur.

EX quo divinum illud, ac plane aureum in Romanum Martyrologium a te elucubratum opus in lucem prodiit, & Alpium juga trascendens secundo tui clarissimi nominis favore in remotissimas Galliarum oras pervasit, Cardinalis Illustrissime, audiens in illo ipso notationum opere aliquid a te scriptum, quod fidem vulgo receptam de translata ad nos facie S. Joannis Baptistae, (a) & a multis jam saeculis debita, ac frequenti, ut par est, a nostris veneratione culta convelleret, dici vix potest, quam saepe optarim certi hominis facultatem nancisci Romae, cui liber ad te pateret aditus, ut quoniam per eam, qua tam longe dissiti sumus locorum distantiam, in praesentia tecum de eo con-

(a) Consule, si lubet, praeter Bollandistas ad diem XXIV. Junii tom. 4.; Caroli du Fresne du Cange tractatum historicum de capite S. Joannis Baptistae, exacte discutientem quidquid de eo scripserunt veteres, recentioresque auctores, atque inprimis de triplici illius inventione, ubi ex occasione agitur de aliis ejusdem Sancti reliquiis, & ad calcem ponuntur aliquot Graeci tractatus desumpti ex Regia, Mazariniaque bibliothecis cum versione latina, tamquam totius dissertationis bases, ac probationes; Tillemontium Memoires pour servir à l' Histoire Ecclesiastique, tom. 1., a quo collecta sunt omnia diligentissime pertinentia ad praefatum Sanctum.

conferre non daretur, id ſaltem per internuntium conſequerer. Et certe cum ſemel, atque iterum id a me alia, atque alia via tentatum, ex voto, & animi ſententia minus vidiſſem ſuccedere, ſpem plane omnem abjeceram, poſſe me unquam tuae in ea re gravis cenſurae, quod maxime concupieram, judicium cognoſcere. Quare ab amicis, quibus id quod mihi de eo conſilii fuerat, privatim ut fit aliquando expoſueram, facile me perſuaderi paſſus ſum, ut brevem de hac translatione commentarium, paucis noctibus inter varias cum ſtudii Theologici, tum functionum Eccleſiaſticarum occupationes exaratum, in hominum conſpectum darem. Et quoniam id operae vernacula noſtra lingua in popularium ſcilicet noſtrorum gratiam potiſſimum a me ſuſceptum erat, ut in ea ſcilicet, quae ſunt erga tanti Praecurſoris merita pietate, ac devotione foverentur, & ſi fieri poſſet magis accenderentur, ſumma illius vitae Capita ex Evangelio delibans, primam partem in ejus mortem, ſepulturamque concluſi. Deinde ubi in altera de multiplici reliquiarum, & maxime de Capitis ejus inventione, ex iis Auctoribus, quos in hac bonorum librorum, & bibliothecarum egena urbe legere datum eſt, dilucidam narrationem perſtrinxi; tertia demum parte veram translationis hiſtoriam e Conſtantinopolitano per Gallos excidio in hanc Urbem, juxta ea, quae tunc a Riccardo Ambianenſis Eccleſiae Epiſcopo memoriae prodita ſunt, ſumma fide deſcripſi, nonnullas ad extremum rationes adjungens, quae rei veritati plurimum viſae ſunt ſuffragari: cujus libelli per confratrem noſtrum Eccleſiae Ambianenſis Canonicum Romae agentem tibi copiam facere ſum auſus, non ingratum futurum ſperans, qui benevolo animo, & hilari fronte, ceterorum, qui ad te de rebus antiquitatis obſervationes ſcribunt, ſolitus es, veluti Hieronymus alter, excipere, & laudare, ad quem cum ceu ad celeberrimum totius Orbis oraculum undique de rebus fidei, de Scripturarum intelligentia, de cognitione antiquitatis maximae, & difficillimae quaeſtiones deferrentur, ita ſe comem, & facilem exhibuiſſe legimus, ut quae apud nos extant praeclariſſima ipſius ingenii monumenta in feminarum gratiam elaborare non ſit dedignatus. Tu vero ſaeculi noſtri lumen ſplendidiſſimum, inſigni illo Annalium Eccleſiaſticorum opere, veritatem fidei, & & hiſtoriae Centuriatorum fucis, & mendaciis impudentiſſime traductam, ſanctis tuis, ac nunquam ex hominum memoria intermorituris laboribus, non ſolum ex factis hiſtoriarum, ſed ex

omni-

omnibus prope omnium Scriptorum monumentis erutam è tenebris in lucem vocasti, & ab omni novatorum calumnia gloriosissime vindicasti. Quo nomine quantum tibi Christi Ecclesia debeat, purpura illa, vel reluctanti a fel. record. Clemente VIII. P. tibi delata, satis universo Christianorum orbi testata est; quam cum tua virtute jure meritissimo obtineas, sic in ea dignitate, & illo splendore doctrinae submisse te geris, ut nullius, qui aliquid ex te discere velit, aditum a te praeclusum patiaris: quibus rebus adductus, quidquid est in hoc Opusculo, quod scio quam rude, & tanti censoris conspectu sit indignum, tuae ferulae submittendum putavi, ut si quid a te reprehensum fuerit, laeter a tanto viro meam correctam esse inscitiam, sin omnia acerrimo tuo judicio confirmabuntur, magnopere gratuler ad historiae nostrae veritatem tuae sententiae pondus accessisse. Vale, literarum, atque adeo literatorum decus, Cadinalis Illustrissime, ego vero quamdiu vivam ero, prout debeo, tibi addictissimus.
Ambianis 9. Julii 1606.

EPISTOLA CXXIX.

CAESARI CARD. BARONIO

CAROLUS CARD. A LOTHARINGIA.

De Religionis Praemonstratensis successibus certiorem facit, rogatque, ut eam, pro veteri erga eum benevolentia, apud sanctam Sedem sub sua clientela recipere non recuset.

IN pristinum splendorem adspirat, & assurgit Praemonstratensis Ordo, cum Generalis ipsius, tum maxime Vicarii opera: hic primum illum fervorem, & austeritatem regulae in monasterium S. Mariae ad Nemus invexit, idem deinde magno conatu in ceteris hujus Ordinis monasteriis facturus: arduum sane opus, & operosioris operae, quam ut ei per se pares esse possint. Sperant illi, & ego certe confido, magnum in hoc Dei opus promovendum, & singulare auxilium in V. Illustrissima Dominatione esse repositum, si totum Ordinem in suam clientelam, & tutelam patiatur adscribi. Putant illi, me pro vetere Illustrissimae D. V. in me benevolentia, id ab ea impetrare posse. Et ego, qui utriusque animum sane pium novi, id etiam, atque

atque etiam peto, speroque, si nos audierit Illustrissima D.V., brevi Ordinem in avitam suam virtutem, & decus asserendum, magno, & bonorum omnium gaudio, & Illustrissimae D. V. merito; quam Deus gratiae suae donis ad multos annos augeat.

Nancei 4. Augusti 1606.

EPISTOLA CXXX.

CAESARI CARD. BARONIO
ANTONIUS HIERAT.

Ut Litteratorum Maecenati, praesertimque Ecclesiasticorum virorum patrono scribit, petitque, ut, a S. Pontifice vacantem S. Cuniberti Canonicatum pro Binio sibi familiaritate conjuncto, de Religione, & de Repub. litteraria meritissimo, impetrare dignetur.

TOmos Conciliorum prout Romam jam allatos accepimus; ita quoque ab Illustrissima D.V. receptos, & Suae Sanctitati etiam nomine Reverendi D. Severini Binii oblatos, speramus. Benigna de hoc conatu S. Sedis Apostolicae, & Doctorum, Prudentumque, qui ibi sunt, virorum judicia suo tempore expectamus. Interim hinc aliquid oblatum est, in quo praedicto D. Binio S. Sedes Apostolica posset singulariter gratificari. Vacat per obitum nimirum piae memoriae D. Johannis Fitherii, dum viveret, ad S. Cuniberti hic Coloniae Canonici, Pastoris, & Decani, 23. Martii hujus anni defuncti, Decanatus ille, S. Sedis Apostolicae sibi soli hac reservata potestate judicio dispensandus. Quo circa si in hac parte ejusdem S. Sedis benignum favorem obtinere posset, esset, quod se totum impendendum utilitati S. Universalis Ecclesiae impensius excitaretur: ad omnia onera dignitatis, sive de jure, sive de consuetudine, aut Sedis Apostolicae voluntate annexa, sese paratissimum exhibet, simulque omnia studia, ac officia sua S. Sedi, atque Illustrissimae D. V. humiliter offert.

Rogamus itaque humiliter Illustrissimam D. V. tanquam singularem studiosorum hominum, praesertim Ecclesiasticorum Patronum, ut ejus, ac in illo studiorum sacrorum rationem habere dignetur.

Tomum XII. Annalium hactenus hic omnes docti expectant avi-

avidissime. Speramus brevi proditurum. Ita Deus Opt. Max. Illustrissimam D. V. quam diutissime servet incolumem.

Coloniae 24. die Martii 1607.

EPISTOLA CXXXI.

CAESARI CARD. BARONIO

ORD. PRAEMONSTRATENSIS PROTECTORI
FR. GERVATIUS DE LAIRVEL.

Docet, quo loco Ordinis sui Praemonstratensis res essent, quaeque sibi commodior ratio videatur, ejus alumnos ad officium, pietatemque revocandi; ad quod perficiendum Baronii opem implorat.

EXhortatoriis suae dignationis litteris injunxit mihi Reverendissima, ac Illustrissima D. V., ut in quo maxime collapsa sit in Ordine nostro disciplina regularis exponerem. Sed *infandum jubet renovare dolorem. Quis talia fando Myrmidonum, Dolopumve, aut duri miles Ulyssei temperet a lacrimis?* Nihilominus libenter obtempero, & Patri amantissimo simul, ac medico sapientissimo, salutisque nostrae cupidissimo vulnus detego. Morbus in eo potissimum consistit, quod nullus pene nostrum vocationem suam serio attendat; sed unusquisque, quae corporis sui sunt, quaerat. *Non timor Dei ante oculos nostros.* Quaecumque nobis ad disciplinae monasticae restitutionem proponuntur, naenias, vel territamenta puerorum, ac si Deus votorum nostrorum memor non esset, reputamus: & quod dolendum magis est, homines, qui confratribus suis disciplinae illius panem frangant, & eos in poenitentiae piscinam mittant, non habemus; multo minus qui Novitios instruant, ac perfectionis viam commonstrent, quin potius suorum vitiorum, quibus circumfluunt, exemplo perditionis iter latissimum aperiant. Et quid mirum, si inter hujusmodi Magistros educati Novitii nullum bonae indolis specimen edant, nullaque Ordinem in pristinum nitorem restituendi spes sit, quamdiu illis tam faetidis vitiorum imbribus novellae illae plantae irrigabuntur? Perpulchras quidem, & ad instaurationem praedictae regularis disciplinae perutiles Capitulum nostrum generale in monasterio Praemonstratensi anno 1605. celebratum,

tum, edidit constitutiones; sed qui cogat eas in praxim redigi, nullus reperitur: Ego eas anno superiore in plerisque Germaniae provinciis, convocata ibidem Synodo provinciali Praelatorum nostri Ordinis, promulgavi, & inculcavi, proprietatemque, quae irrepserat, deturbavi, nuncque Lotharingos, quantum in mea potestate situm est, ad earum praxim, & observationem compello, sed eum, quem sperabam, fructum non colligo, cum vix aliquis reperiatur, qui vocationem suam, ac votorum suorum nexum attendere norit, vixque possit aliquis ad illam considerationem sine majori instructione pertrahi. Excogitavi igitur cum Serenissimo Card. a Lotharingia Principe meo clementissimo, & instaurationis monasteriorum nostrorum cupidissimo, aliquod hujusce instructionis necessariae medium, quod utinam Illustrissimae D. V. arrideat.

Animus nimirum mihi est monasterium, cui indignus praesum, in Civitatem Mussipontanam, perpetuum litterarum, ac pietatis emporium transferre, cum ad fugandas e monasterio illo, ac toto Ordine nostro, ignorantiae omnium malorum matris tenebras plusquam Aegyptiacas, tum ad pietatis ignes jamdiu sopitos suaviter suscitandos. Dum autem id tento perficere, spero monasterium illud nostrum, sic translatum, non tantum pro ejusdem monasterii religionis seminarium pietatis, ac litterarum fore, sed etiam pro omnibus nostri misellì Ordinis alumnis, quibus translatione illa facta, studendi commoditatem non vulgarem, sicut & disciplinae regularis rudimenta discendi, paucissimis sumptibus suppeditabo: Sicque fiet, ut homines in posterum habeamus, & monasteria nostra non parum collapsa, novella illa Novitiorum, & Professorum plantatione renovemus, & veterem hominem serio exuere doceamus. Ad hanc translationem obtinendam Reverendissimae D. V. opem supplex imploro, sicut etiam ad coadjutoriam nostram gratis impetrandam. Sic felici protectionis susceptae initio, ac omine efficiet, ut pecuniae ad illud translationis opus paratae in coadjutoriae praefatae sumptus non expendantur, utque omnibus Ordinis nostri Professoribus (post erectum hujusmodi seminarium, & novitiatum) vocationem suam attendendi, ac resipiscendi ansa praebeatur. Deus O. M. Illustrissimam D. V. Christianae Reipub., totique Norbertinae familiae quam diutissime velit esse incolumem.

Datum in monasterio nostro S. Mariae die 28. Martii 1607.

V v EPI-

EPISTOLA CXXXII.

HIERONYMO DE' RUBEIS. (a)
CAESAR CARD. BARONIUS.

Eum arguit de quodam errore circa haereses Eutychianam, & Nestorianam. De Quinta Synodo, atque de celebri trium Capitulorum controversia agit.

Quanto sia lontano da me voler acquistar gloria con mostrar gl'altrui errori, & in particulare far questo con V.S., con un esempio gli lo farò manifesto. Ho dissimulato un suo errore gravissimo, & inescusabile, mentre trattando della Quinta Sinodo sotto l'anno del Signore 553. a carte 168. dice: *Postero anno Vigilius P. M. Concilium Byzantii Quintum adversus Theodorum, & Anthemium Byzantii Episcopum, cum habuisset, qui Eutychianam haeresim tuebantur, affirmabantque B. Mariam Virginem solum hominem, non Deum, & hominem peperisse, atque ob id fuisset in Concilio decretum, ut ea Θεοτόκος appellaretur &c.* Signor mio questo è appunto tutto il contrario. Non fu delli Eutichiani questa heresia, ma de Nestoriani. Li Eutichiani ex diametro erano contro gli Nestoriani, quelli due nature in Christo confundevano in una, questi una persona dividevano in due. Forno dunque gli Nestoriani, & non Eutichiani quelli, che non volevano chiamar la Santissima Vergine Madre di Dio. (*b*) Questo sia (come ho detto) per esempio; il che

(a) Nonnulla de Hieronymo de Rubeis habes in nostris adnotationibus ad Epist. VII. t. 1. p. 176.

(*b*) Constantinopolitanum Concilium II., de quo heic sermonem habet Ven. Baronius, quod est quintum Oecumenicum, habitum est anno Christi DLIII. temporibus Justiniani, & Vigilii Summi Pontificis: praefuit non Mennas, sed Mennae successor Eutychius, consentiente Vigilio; ut constat ex Vigilii ad Eutychium epistola. Praecipua convocationis Concilii caussa fuere tria Capitula, de quibus est frequens, & celebris in historia Ecclesiastica mentio. Horum primum fuit Theodorus Mopsuestiae Episcopus, qui ante Synodum Ephesinam adversus haereticos Eunomium, & Apollinarem ita scripserat, ut unam tamen Christi personam, & Deum carne indutum, & Mariam fuisse Dei Matrem palam inficiaretur. Igitur Nestoriani, interdictis per edicta Augustalia Nestorii libris, ne deesset unde populis virus Nestorianum propinaretur, scripta Theodori studiose divulgarunt, non Graeco tantum idiomate, sed conversa etiam in Syrorum, Persarum, atque Armenorum sermonem. Secundum fuit Theodoretus Cyri Antistes: qui duodecim Ephesinae fidei capitibus a Cyrillo Alexandrino concinnatis totidem opposuerat, & cuderat acres aculeatasque censuras. Tertium extitit Ibas Edessenae civitatis Episcopus, qui scripta ad Marim Persam epistola, coarguit Rabulam decessorem suum, quod immerito Mopsuestenum, quem optime de Ecclesia meritum, & strenuissimum haereticorum debellatorem asserit, anathemate damnasset. Postmodum Dioscorus, ejusque in Ephesino Conciliabulo asse-

che non hò voluto pur accennarlo nelli miei scritti, non che toccarlo, come alcune altre cose. In quanto a quel che scrive,

Vv 2 ben

asseclae, Edessenum Ibam duas Christi praedicantem naturas adversus Eutychem crudeliter insectati sunt, tanquam ab Ephesina Synodo, & Cyrillo diffidentem, eumque saepius in vincula redactum, & condemnatum deposuerunt. Ab his provocavit Ibas ad Synodum Chalcedonensem, quae Ibam Nestorii dogma palam damnantem communioni, pristinaeque dignitati restituendum duxit, & sessione in Concilio dignata est, de ipsius tamen ad Marim epistola nihil definivit. Tria haec Capitula probabantur a multis: ut impia vicissim Nestorioque faventia reiiciebantur ab aliis; quae quidem controversia, ut sedaretur, coacta fuit Synodus Constantinopolitana II.

Controversia haec, ut melius intelligatur, de ea paucis hoc loco agendum erit. Duo erant praecipue hoc tempore haereticorum genera, qui sibimet, licet invicem oppositi, arrepta ex tribus Capitulis occasione, Concilii Chalcedonensis honorem, & dignitatem deterere nitebantur, Nestoriani, & Eutychiani. Nestoriani, cum se Concilii Ephesini auctoritate premi undique viderent, neque amplius sibi fas esse impietatem suam profiteri, per cuniculos rem agebant, seque Concilii Chalcedonensis obtentu protegere studuerunt, Theodorum Mopsuestenum, Theodoretum Cyrensem, & Ibam Edessenum magnis laudibus ubique praedicantes; Theodorum quidem, quod libris editis caussae Nestorianae favere videbatur; Theodoretum, quod Synodum Ephesinam, & Cyrilli Capitula strenue oppugnasset; Ibam denique, quod Epistola ad Marim Persam, Cyrillum perstrinxisset, Theodorum laudasset, & quaedam dogmatibus Nestorianis consona tradidisset. Et haec eo speciosius, quod hos tres, eorumque scripta, Synodus Chalcedonensis, vel recepisset, vel non improbasset; adeoque celeberrimum illud Concilium Chalcedonense in caussae suae patrocinium, obtorto licet collo, pertrahere satagebant. E contra Acephali, qui haeresis Eutychianae pars erant, Concilium Chalcedonense ob caussam trium Capitulorum reiiciebant, quod Theodoretum in communionem recipiendo, Ibam, ejusque epistolam approbando, caussam Nestorii fovere videbatur. Ut igitur damnarentur haec tria Capitula, summo studio laborarunt Catholicorum plurimi, renuebant alii, veriti, ne hoc modo Chalcedonensem Synodum damnare viderentur. Hinc multa in Oriente lis, quae primo Justiniani Imp. edicto, deinde quaesitis sigillatim Patriarcharum, & Praesulum Orientalium sententiis, tandem Concilii hujus Oecumenici decretis sopita, & compressa est. In Occidente diutius viguit, reclamantibus Africae, & nonnullis Italiae Episcopis, nempe Istriae, Venetiae, & Liguriae, qui per unum alterumve saeculum, a Sedis Apostolicae communione hoc nomine abstinuerunt, seque trium Capitulorum damnationi opposuerunt. Verum his praemissis ad Concilium revertamur.

I. In Collatione tertia profitentur Patres, *se per omnia, & in omnibus sequi & suscipere sanctas quatuor priores Synodos*; Nicaenam, Constantinopolitanam, Ephesinam, & Chalcedonensem, adduntque *se omnes condemnatos a praedictis sanctis IV. Conciliis, tanquam* condemnatos, & anathematizatos habere una cum aliis haereticis. II. Collatione quarta actum est de Theodoro Mopsuesteno, & in medium productis hinc ejus libris, illinc Cyrilli, Procli, Rabulae adversus eum cum disputationibus, anathema Theodoro Mopsuesteno, ejusque libris conclamatum est. III Collatione quinta, & sexta intactis Theodoreti, & Ibae personis, quae dicto in Nestorium anathemate, a Concilio Chalcedonensi ad communionem admissae fuerant, damnata sunt earum in S Cyrillum, & Ephesinam Synodum scripta, Theodoreti nimirum anathematismi XII. adversus S Cyrillum, & Ibae ad Marim Persam epistola, qua lecta conclamarunt omnes Concilii Patres: *Epistola haeretica est, epistolam, quae dicitur Ibae, omnes condemnamus, istam omnes anathematizamus &c.*

Definitum ibidem, quod tunc inter plurimos erat controversum, nempe haereticos, etiam post obitum ab Ecclesia posse damnari; idque validissimis argumentis a Patribus Concilii demonstratum ex Codice Africanae Ecclesiae, disertissimis SS Augustini, Cyrilli, aliorumque SS. Patrum testimoniis; denique variis exemplis ex historia Ecclesiastica petitis.

IV. In octava, & ultima Collatione, recensitis obiter omnibus in Concilio gestis, post susceptas iterum quatuor priores Synodos, post suscepta omnia, quae ipsae defi-

nie-

ben gli credo, che più presto (come scrive) hà carteggiato, che attentamente letto il settimo Tomo delli miei Annali: poichè in questo istesso di che si lamenta, non par che habbia asse-

qui-

nierunt, & post damnata itidem omnia, quae damnarunt, sive errores, sive scripta, sive personas, lata tandem est Synodica definitivae damnationis sententia in tria mox dicta Capitula his verbis: *Praedicta tria Capitula anathematizamus, idest, Theodorum impium Mopsuestenum cum nefandis ejus conscriptis, & quae impie Theodoretus conscripsit, & impiam Epistolam, quae dicitur Ibae, & defensores eorum, & qui ..... vel recta ea dicere praesumunt, vel omnino impietatem eorum, nomine Sanctorum Patrum, aut Sancti Chalcedonensis Concilii defendere conantur.*

His peractis, denique editi sunt XIV. Canones, in quibus vindicatur fides Catholica in quatuor primis Conciliis stabilita, nempe divinitas Verbi, & Spiritus Sancti; mirabilis naturae humanae a Verbo divino in unitatem suppositi assumptio &c., & anathematizantur Arius, Macedonius, Apollinarius, Nestorius, Eutyches, & alii cum suis impiis scriptis in quatuor primis Conciliis Oecumenicis a Catholica, & Apostolica Ecclesia damnati. Tribus postremis Canonibus rursus feriuntur tria Capitula. Duodecimus non solum impia Theodori scripta, sed etiam ejus nomen, ac personam configit: decimus tertius, & decimusquartus percellunt quidem Theodoreti scripta, & Ibae epistolam, eorumque defensores (non solum Nestorianos, sed etiam Catholicos, qui tria Capitula sensu Catholico interpretabantur, ut constat ex Vigilii epistola ad Eutychium, edicto Justiniani, Facundo Hermianensi l. 2. cap. 3., nec non ex contextu Canonum XII. XIII. XIV., in quibus distinguitur condemnatio haereticorum, & eorum, qui tria Capitula defenderent, vel defendunt). Theodoretum autem ipsum & Ibam, quorum personae, uti mox observavimus, post dictum in Nestorium anathema a Patribus Chalcedonensibus susceptae fuerant, nullatenus perstringunt.

Cassiodorum hanc Synodum non approbasse, inde colligit Baronius ad annum 556. num. 2., quod cum ceteras recenseret oecumenicas, nullam hujus habet mentionem: sicut & ipse S. Gregorius Papa fecisse aliquando visus est, dicendo se quatuor universalibus Conciliis parem cum quatuor Evangeliis venerationem deferre. In quinto namque Concilio, ut ipse scribit lib. 3. epist. 14., & 37. non de fide, sed de personis tractatum fuit. Sed inter Oecumenicas jure merito annumeratur, quia approbata fuit a Vigilio Romano Pontifice, & ejus successoribus Pelagio II. Leone II. Martino I. ac praesertim Gregorio Magno, ut patet ex ejus ad Joannem Constantinop. epist. 24. lib. 1., in qua sic loquitur: *Sicut Evangelii quatuor libros, sic quatuor Concilia suscipere, & venerari me fateor... Quintum quoque Concilium pariter veneror... Cunctas, quas praefata veneranda Concilia personas respuunt, respuo: quas venerantur, amplector: quia dum universali sunt consensu constituta, se & non illa destruit, quisquis aut praesumit solvere, quos ligant, aut religare, quos solvunt: quisquis ergo aliter sapit, anathema sit.* Omnes Synodi Oecumenicae post hanc quintam celebratae, eamdem quintam pro Oecumenica agnoverunt, & approbarunt: Et si nonnulli per aliquod tempus detrectarint illam, ut Oecumenicam habere; quatenus scilicet Chalcedonensi Concilio oppositam esse falso putabant, verum tandem errore deposito, ad communem universalis Ecclesiae sensum accesserunt.

Nonnulla hic ad majorem controversiae dilucidationem adnotanda operae pretium ducimus, nempe quod tria Capitula, nec probata, nec improbata fuere a Chalcedonensi Concilio, sed suum suspendit de iis judicium, & solummodo Theodoretum, & Ibam, dicto anathemate Nestorio, in communionem admisit. Et quod spectat Theodorum Mopsuestenum, ipsius caussa nec expensa, nec judicata fuit in Concilio Chalcedonensi, nec ipsius persona, aut scripta probata, aut improbata fuere. Quoad Theodoretum, equidem susceptus est a Patribus Chalcedonensibus, postquam dixit anathema Nestorio, & ejus erroribus: verum, uti observat Pelagius II. in epistola ad Episcopos Istriae, illo anathemate sua pro Nestorio, & contra S. Cyrillum scripta consequenter damnavit. Denique quoad Ibam Edessenum, Synodus Chalcedonensis epistolam Ibae non approbavit ut Catholicam, sed relecta ejus epistola ipsum orthodoxum declaravit, quae duo valde diversa sunt, & distinguenda: impia quidem & haeretica judicio quinti concilii Epistola; sed Ibas declaratus est Orthodoxus, tum quia Epistolae S. Leonis ad Flavianum subscripsit; tum quia, teste Vigilio in suo Constituto, Ibas negavit saepius, se unquam hanc scripsisse epistolam ad Marim Persam; tum denique quia Nestorio Nestorii-

que

quito il mio ſenſo. L'obiettion mia non conſiſte in dannar quel che Paulo Diacono ſcrive, anzi il tutto approvare, & inſerirlo come vera hiſtoria nelli miei annali, & ſtando la verità del fatto, alla quale conſento, ſolo reprendo in eſſo, quello, che è degno di ſomma reprenſione, che abbia penſato, & ſcritto, che quelli, che dannaſſero gli Capitoli foſſero gli Sciſmatici, & quelli, quali approvaſſero gli medemi tre Capitoli foſſero gli Catholici, come ben ſi ſcorge nella detta mia carta citata 624. & di ſopra 623. Il Biondo contrariando a quel, che ſcrive Paulo, non ſcorge, dove ſtia l'errore di Paulo principalmente, ſe non che dice, che Paulo erra, mentre hà fatto eſſer il Catholico heretico, & l'heretico Catholico, il che è vero, ma in che modo? Et quì erra ancora eſſo Biondo, mentre hà creduto ancor lui, che chi provava li tre Capitoli foſſero gli Catholici, & chi l'impugnavano foſsero gli Sciſmatici, come chiaramente dimoſtra, mentre dice, che S. Gregorio impetrò dalla Regina Teodolinda, & altri a ricevere gli tre Capitoli, & che Severo Patriarcha d'Aquileja non ſi potè mai arrecare a ricevere gli tre Capitoli, fintanto che non fu chiamato in Ravenna, *Ubi* (dice) *a Joanne perſuaſus haereſi abrenunciavit*, come voglia dire per queſto fuſſe heretico, perchè non voleva ricevere gli tre Capitoli. Ma il contrario è la verità, che per queſto era alieno dalla Fede Catholica, perchè non voleva con gli Catholici dannare li tre Capituli. Nel qual errore non veggo, come V. S. ſi poſſi ſcuſare d'eſserne alieno, ſeguitando il detto Biondo nell'iſteſso errore, il qual da me è notato, mentre poco avanti che citi il Biondo, dice queſte parole: *Gregorio deinde Pontifice creato, Joannes Archiepiſcopus viſus eſt reſipuiſſe, tribuſque Chalcedonenſis Concilii Capitibus, a quibus antea abhorruerat, aſſenſiſſe. Blondus &c.*, & volendo corregere l'errore con il Biondo, approva ciò,

Vv 3. che

que doctrinae dixit anathema; quo quidem anathemate viſus eſt ſuam ad Marim epiſtolam Neſtorio faventem, ideoque reprobare, & anathematizare. Ab uno tantum Epiſcopo epiſtola Ibae in Concilio Chalcedonenſi judicata eſt Catholica, ſcilicet a Maximo Antiocheno, qui ſic in ejus gratiam ſententiam dixit: *Orthodoxa eſt ejus declarata dictatio*. Porro, ut quatuor Archiepiſcopi obſervarunt Collatione ſexta Synodi quintae, non quod unus, aut pauci, ſed quod omnes aut major pars judicaverit, Concilii judicium dicendum eſt. Ubi de Collatione octava iidem Patres negant epiſtolam Ibae judicio totius Concilii approbatam fuiſſe; & qui contrarium volunt, ajunt illi: *non favore S. Concilii hoc faciunt, ſed ut per ejus nomen ſuam impietatem confirment*. Synodus Chalcedonenſis teſte Pelagio in epiſtola ad Epiſcopos Iſtriae quoad ſex dumtaxat priores Actiones, & conditos Canones eidem Actioni ſubnexos a S. Leone confirmata fuit; unde in pleriſque graecis antiquioribus Codicibus, ſex dumtaxat laudatae Actiones ſynodi cum adjunctis Canonibus continentur. *Quidquid ergo*, inquit ibidem Pelagius, *Actionibus IX. & X. in cauſſa Ibae factum fuit, potuit iterum ad examen revocari; quia illud judicium nec totius Eccleſiae fuit, nec Romani Pontificis*,

che dice il Biondo, mentre non rifiuta il grave, & manifesto errore di esso Biondo, qual insisto io a mostrare, acciò sia in ciascun de Scrittori schifato per gli molti inconvenienti, & di grande importantia, che da quello nascano. Sicchè per concludere, & far fine non riprendo altri Autori, che quelli hanno male inteso la verità del historia de tre Capitoli, fra quali necessariamente deve essere connumerato il Biondo, se ben dall' altro canto cauto è stato a non attribuir il nome di heretico, ò per dir meglio Scismatico a Giovanni, ma a Severo. Ecco quanto mi occorre, & crederò, che tutto da lei, come amator della verità, sarà recevuto in bona parte. Del resto, se in cosa alcuna la posso servire mi commandi. Dio sempre la guardi.

Di Roma li 22. di Marzo 1597.

EPISTOLA CXXXIII.

FRANCISCO LAMATAE DOCTORI THEOLOGO IN VNIVERSITATE LOVANIENSI.

CAESAR CARD. BARONIVS.

Asserit, se compilasse censuram adversus librum Molinae de concordia gratiae liberique arbitrii, & ad 50. & amplius notasse propositiones, & phrases erroribus Pelagianorum, & Semipelagianorum affines, & S. Augustino contrarias.

Accepi tuas litteras, mi Francisce amantissime, in quibus postulationi meae plene satisfacis: Sententiam tuam circa Divinae Gratiae efficacitatem juxta Augustini sententiam, quae doctrina Ecclesiae est, optime promis *(a)*; Utinam Doctores Catholici confractis haereticae pravitatis conatibus, & decretis Tridentini de gratia, & libero arbitrio fide explicata in hoc permansissent statu, nec ad mysterii penetralia anhelassent. Sed disputant de efficacitatis gratiae modo Dominicani, & Jesuitae, illi acerrime defendunt phisicam praedeterminationem, qua homines ad pietatis opera inclinantur; illi gratiae efficaciam in determinatis circumstantiis, vel loci, vel temporis, in

(a) Vide quae hac de re habentur in Epistola ejusdem Francisci Lamatae ad Baronium tom. 2. pag. 113.

in quibus Deus per mediam, quam vocant ſcientiam, infallibiliter ſcit humanam voluntatem cooperaturam. Tecum convenio, ſi inter hos Auguſtinus judex conſtituitur, divinae gratiae vindex invictiſſimus, quoad mediam ſcientiam cauſſam praejudicavit. Praedeterminationi phiſicae non expreſſe contradicit, ut meum fatear ſenſum, terminus phiſicae praedeterminationis non tantum, ut dicis in tua epiſtola, nimis rigoris in aures inſtillare videtur contra eam, quae in libero arbitrio requiritur, indifferentiam, aſper, & incongnitus traditioni, & Patribus, Auguſtino praecipue eſt; fatendum tamen, non contrariam ſententiam hanc Auguſtini doctrinae, ideſt Eccleſiae, uti media ſcientia a Molina hodie per librum defenſa. Cenſuram compilavi (*b*) ſupra praefatum librum, & ad quinquaginta, & amplius notavi propoſitiones, & phraſes erroribus Pelagianorum, & Semipelagianorum affines; quam primum tibi illam tranſmittam. Faxit Deus, ut omnes in meliorem frugem convertantur, & unanimi conſenſu Molinae doctrinam condemnent. Vale, mi Franciſce, in tuis orationibus memor tui Baronii ſis.

Romae Nonis Januarii 1603.

(*b*) Haec Cenſura in librum de Concordia Gratiae Liberique Arbitrii P. Molinae edita ex ejuſdem Baronii authographo, quod extat in Tabulario Bibliothecae Vallicellana ſignato litt. Q. num. XXXXI., habetur tom. 2. pag. 124.



I N-

INDEX

Eorum, ad quos Ven. Baronius Epistolas scribit in hoc tertio volumine contentas.

IN-

INDEX

Eorum, qui ad Ven. Caesarem Card. Baronium Epistolas scribunt in hoc tertio volumine contentas.

GHER-

G

H

I

L

M

P

PRAE-

Q

R

S

T

V

W

Z

ERRATA	CORRIGE.
Pag. 9. in notis col. 1. lin. 11. ad Urbe	ab Urbe
Pag. 24. in notis col. 2. lin. 4. adh,beri	adhiberi
Pag. 48. io argum. lin. 1. explorae	exploratae
Pag. 52. in argum. lin. 3. morifice	mirifice
Pag. 56. in not. col. 2. Ciericis	Clericis
Pag. 71. in argum. lin. 3. auctoritate suas	auctoritate sua
Pag. 115. ottavo tomo	nono tomo
Pag. 125. io argum. lin. 1. Pontifice	Pontifice
Pag. 138. in notis col. 1. lin. 10. ratinae	latinae
Pag. 1,9. lin. 14. gl	gli
Pag. 149. in notis lin. 9. Graei	Graeci
Pag. 173. lin. 2. trasferendis	transferendis
Pag. 179. in notia lin. 13. fuctus	functus
Pag. 181. lin. 14. omoiendatione	commendatione
Pag. 184. lin. 24. fubfidium	fubfidium
Pag. 200. lin. 1. vis	vir
Pag. 205. io notis col. 1. lin. 5. tomus.	tomo
Pag. 210. in notis col. 1. lin. 4. eju	ejus
Pag. 221. lin. 12. euami	tuam
Pag. 221. lin. 15. monafteris	monafteriis
Pag. 240. lin. 4. exuleverit	exulaverit
Pag. 240. lin. 25. S. Pontifici	S. Pontificis.
Pag. 254. in notis lin. 45. corruptalae	corruptelae
Pag. 256. lin. 26. certenariis	centenariis
Pag. 266. lin. 20. lectori	latori
Pag. 2-0. lin. 40. fundamente	fundamento
Pag. 286. lin. 26. elietum	clieotum
Pag. 292. lin. 30. at recentis	a trecentis
Pag. 296. lin. ult. Sylvestr	Sylvester
Pag. 297. lin. 24. Vestrae	Vestra
Pag. 317. lin. 19. pareret	parere